rem reſcripti tam breui temporis curriculo concluſerit. Vt omnium ratio haberi poſſit, duo erunt diſtinguendi caſus. Primus eſt quando vnicum tantum impetratum fuit reſcriptum, quo caſu ex ſententia Imp. ſuū vigorem ſemper obtinet, niſi determinatum fuerit tempus in quo debeat allegari. Secundus caſus eſt, quando duo impetrata ſunt reſcripta diuerſis temporibus, & in vtriuſque vires inquiritur: tunc priori obſtat aut negligentia aut malitia. At fortaſſe quis intra dentes immurmurabit perperam diſtingui ſpeciem à Pontifice propoſitam, ab ea quæ legitur apud Imp. quaſi lex illa fuerit correcta per ſubſequentem decretalem. Nam negligentia, vt colligitur ex tex. arguitur lapſu anni, & argumento eſſe poterat l. fin. in fine. Cod. de annali except. Verum animaduertendum eſt Pontif. non irritare vim reſcripti non prolati intra annum; ſed eneruare conceſsionem illius, quia dixit ex poſteriori poſſe conueniri quemadmodum communiter tenetur, teſte *Fachin. controuerſ. iur. lib. 8. cap. 65.* licet igitur annus incipiat currere ex quo quis habuit copiam iudicum, vt dicitur in dicto cap. Plerunque. tamen eius effectus pendet ab impetratione poſterioris reſcripti: quo modo enim lapſo anno poterit conueniri ex poſterioribus litteris quæ datæ non fuerunt. Non igitur alia ratione Conſtitutio, vt in viam redeam, reſtringit tempus in caſu à Pontifice conſiderato, & etiam ab Imper. propoſito, quam vt conſuleret breuitati litiū, & occurreret malitijs hominum quæ poſſent excogitari in litterarum ſuppreſsione: qua ratione fortaſſe obſeruatur in ſtylo Cancellariæ Regis Franciæ, authore Io. Grado; vt reſcripta Regia non habeant locum poſt annum. Amplius obſeruandum eſt, quando hic menſis à Conſtir. indultus inchoandus ſit, & crediderim incipere curere à die quo quis habuerit copiam iudicum, vt dicitur in cap. Plerunque. citato: etenim neminem illud fugit, experiundi poteſtatem non habere eum, qui Prætoris copiam nō habuit: proindè hi dies ſunt quibus ius Prætor reddit, l. 1. ff. de diuerſ. temporal. præſcript. & negligentiæ noſtrę non imputatur quod per rerum naturam fieri non potuit, vt ex ſpecie à Paulo propoſita in l. Attilicinus. 35. ff. de ſeruitut. ruſt. præd. conſpici poteſt, ibi enim ſuccurritur his, qui ex fundo Sutrino aquam ducere ſoliti erāt, & eam ducere deſiiſſent, quia fons exaruiſſet: ne decipiamur cum Pragmaticis qui paſsim exiſtimant tempus currere à die datæ: quos reprehendit gl. in dic. cap. Plerunque in verbo, Infra annum.

Sed an exemplo anni, qui datur ad appellationis cauſam abſoluendam poterit longius tempus concedi ei qui ex iuſta cauſa non potuit in termino limitato reſcriptum exhibere. cap. Cum Romana 5. de appellat. Equidem exiſtimarem id conceſſum iri, vt videtur ſignificare glo. in dicto cap. plerunque in verbo negligentia. Cauſæ recenſentur ab Vlp. in l. 1. ff. de diuerſ. temporal. præſcript. vt ſi aliquis eſſet apud hoſtes, ſiue Reipub. cauſa abeſſet, aut in vinculis reperiretur, aut ſi tempeſtate in loco aliquo, vel regione detineatur, vt neque experiri, aut exhibere, neque mandare poſſit. Non alienum erit à præſenti commentatione decidere quæſtionem

illam,

illam, etiam à gl. & Hoſtienſ. propoſitam: an ſecundò impetrans reſcriptum, & in exhibitione præueniens ſuum aduerſarium durante adhuc termino ad præſentandum, præferendus ſit alteri qui non adhuc ſuum præſentauit. Cauſam dubitationi dedit cap. Vt debitus. 59. de appellat. in quo dicitur non eſſe habendam rationem eius, quod quis dicat ſe priores litteras impetraſſe: propter quam deciſionem gl. arbitrata eſt in dic. cap. Plerunque, & in cap. 1. de reſcript. poſteriori illa decretali nouum ius ſtatutum fuiſſe: ita vt hodie, ſiue ſubſit terminus anni à iure communi præfixus, ſiue menſis noſtris Conſtit. aſsignatus præferendus ſit qui præuenerit. *Hoſtienſ. in ſumma de reſcript. nu.* 16. non admittit ſententiam, gl. ſed Reſpondit illam decretalem habere locum ſolum quādo is qui obtinuit reſcriptum præuenitur coram ordinario: vnde ſi poſteriores litteras impetrans illas præſentaret delegato, aut lite pendente coram ordinario fuerit vtrinque obtentum reſcriptum, non erit locus præuentioni durāte termino. Sententiam Hoſtienſ. ego libenter approbo, ea ratione, quā elicio ex ipſamet decretali, quod vbicunque nō ſeruatur debitus honor iudici, non habet locum illa deciſio: porro in caſibus iam exceptis, & commoſtratis patet præuenientem non conſeruare honorem iudici, & differentem nihil de eo detrahere: nam ſi coram eo litigat non cogitat eius iudicium declinare; ſi verò præueniens vult declinare non exhibet ei debitum honorem.

Ad §. Reſcripta contra.

ETiam in forma Cameræ.) diſponit Conſtit. vt reſcripta etiam in formā Cameræ data creditoribus, non tribuant iuriſdictionem non habentibus, neque executionem perſonalem: maxima enim fuit religio veterum in ſua quibuſque conſeruanda iuriſdictione; vnde extra territoriū iuſdicenti impunè non paretur, l. extra territorium. 20. ff. de iuriſdict. omnium iudicum, vt etiam ſi litigantes adiuerint eum cuius iuriſdictionem putauerint eſſe, aut vnum pro altero, aut compulſi fuerint viribus præturę, non tamen prorogatur iuriſdictio, neque noua tribuitur. l. Conſenſiſſe. 2. ff. de iudicijs. Excipitur quoque perſona, quia graue ſit quem ſubiacere manus iniectioni. At quid de cæteris priuilegijs fiſci quæ multa ſunt, vt videre eſt infra, lib. 4. tit. de iure, & priuileg. fiſci. præſertim circa ordinem iudiciarium: exiſtimauerim minimè excipienda fore: ſemper enim regula habet locum ſaluis caſibus exceptis; vnde cum non niſi hi duo excipiantur, in cęteris ſuum vigorem retinebit.

Alio iure competat.) Vt putà contra mercatorem fœdi fragum. infra, lib. 5. tit. de officio Abbat.

Digitized by Google

Ad §. Intimata.

N*On ſit mentio facta.*) Expreſsionem peremptorij, & concluſionis in cauſa requirit regula Cancellarię 36. referente *Felyn. in cap. ſuper literis,* 20. *num.* 12. *de reſcript.* quando litigans vellet impetrare commiſsionem conſiſtorialem: nam eiuſmodi concluſioni eſſet explicitè derogandum in tali conceſsione. Cęterum Conſtituentes voluerunt offerentem libellum precum Senatui, & petentem ſuper negotio ſuperſederi, debere exprimere in quo ſtatu reperiatur cauſa, quia facta mentione peremptorij, non ita facilè Senatus inhibebit Iudici, cum videatur tunc ad litē protelandam id deſiderari, vt conſiderat. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 202. *numero* 41.

Ad §. Quicunque.

I*N medio litis.*) Quia cauſæ examinandæ, & decidendę ſint ſecundum generales leges, Nouell. 114. *In medio litis)* noluerunt Imp. licere ſupplicare in medio litis, niſi denegaretur actorum communium, vel pronuntiationis editio. l. ſupplicare. 2. Cod. Vt lite pendente, &c. aut quando petitur vt iudici ſuſpecto alius adiungatur, aut ipſe ad deciſionē cauſæ vrgeatur ſecundum. Cyn. & Albericum hęc enim non diſponunt quomodo deceat inchoatum examinare, aut iudicare negotium. Propterea Conſtitutio decernit, vt ſaltim fiat mentio pendentię litis, quod etiam placuiſſe antea Sum. Pontif. videmus, in *cap. Inter monaſterium* 20. *de ſenten. & re iud. cap. Ex literis. 2. de dolo, & contum. & cap. Ex parte. 2. de reſcript.* In tātum vt Honorius Tertius Pontif. Max. pręceperit Iudicibus in negotio procederent iuxta traditam eis formam, non obſtante indulgentia quā vnus ex collitigantibus obtinuerat lite pendente coram iudicibus, nulloque de ea facto verbo. cap. fin. Vt lite pendente. cap. cauſam. 19. de teſtibus, cap. dudum. 31. de priuileg.

Alia parte.) Per aliam partem litis intelligit eam quæ vergit ad alterutrum extremorum. *Menoch. tamen de arbitrar. caſ.* 202. *nu.* 67. extendit Cōſtit. ad cauſam appellationis, poſtquam placuit ſcribentibus, inter quos eſt *Dec. in cap. Cœterum* 3. *num.* 6. *extra de reſcriptis.* neceſsitatē faciendi mētionem de priori reſcripto, porrigendam eſſe etiam ad reſcripta poſt appellationem impetranda, propter regulam quæ vult eadē obſeruari in cauſa appellationis, quę requiruntur in cauſa principali.

Reſcripta.) Etiam ſi tenderent ad augendam, vel confirmandam, conſeruandamve primam conceſsionem: vt in terminis noſtræ Conſtit. notabiliter declarat *Menocb. in citato caſu* 202. *num.* 68. niſi fortè primum reſcriptum fuiſſet generale, ſecundum verò ab altero aduerſario obtentum ſpeciale nam tunc in computatione ſecundi non eſt facienda mentio primi, quemadmodum etiam non eſſet neceſſe, quando ſecundum reſcriptū

con-

Digitized by Google

conceſſum eſt motu proprio : quoniam motus proprius excludit ſurreptionem; notat idem *Menoch.num.*74.*& ſeq.* Illud quoque addendum, nō fore neceſſarium exprimere primum reſcriptum, quando vitio nullitatis laberat, niſi fortè vtriuſque vnus, & idem eſſet impetrator, vt admonet *Menoch.num.*81.

Exprimere.) Non ſolùm ipſum reſcriptum, ſed etiam eiuſdem clauſulas notabiles: cuius generis ſunt hę, *appellatione remota anteferri*, *reſeruatæ recuperationis*, & eius generis aliæ, vt refert *Menoch. dicto caſ.* 202. *num.* 69. *& ſeq.*

Ad cauſam facere.) Quia ſi non facerent ad cauſam, nil referret quod de eadem materia tractaretur, vt obſeruat *Menoch. dicto caſu* 202. *numero* 79. & ſeq.

Ad §. *Supplicationes.*

C*Alumnioſè.*) Iure communi erat pœna falſi.l. ſi quis obrepſerit, 29. ff.ad leg.Cornel.de falſ.etiam ſi per mendacium tantum procederetur.l.præſcriptione.2.Cod. ſi contra ius vel vtil. pub. nam tunc ei conueniebat nomen ſpecificum delicti : at quando non poteſt particulare aliquod nomen imponi, habet locum pœna hęc arbitraria, & in his terminis accipienda eſt noſtra Conſtitutio, vt declarat *Menoch. de arbitrar. caſ.* 314.*num.*70.

DE SENATORIBVS.
Titulo 4.

CVius ordinis altam fuiſſe originem rei litterarię proceres vnanimi conſenſu admittunt, licet alij ad alios referant: nam ſūt qui contendant à Moyſe primum hunc Magiſtratum conſtitutum; cum Numer.cap.11.Deus mandat Moyſi vt eligat ſeptuaginta Seniores, qui cum eo onus rerum omnium, & gubernationē illius populi aſſumerent. Apud Grecos verò primus Theopompus Spartanorū Rex, ſiue Lycurgus hunc ordinem poſuit, & Ephoras nominauit, de quibus leguntur Tyrtęi carmina apud Pluth.

„ *Conſilij teneant Reges, & iuris habenas,*
„ *Quis curæ eſt Sparta conſpicienda domus.*
„ *Grandæuique ſenes, & qui de plebe creati*
„ *Sanctarum legum ciuibus inſtar erunt.*

Romulus apud Romanos author fuit huius ordinis, vt paſſim hiſtorijs traditum legimus, cui non tanta, mihi videtur, tributa poteſtas, quanta in Ampliſsimo Senatu Mediolanenſi reſidet: poſtquam principio Romulus ita partitus fuerit, teſte Dionyſio, iudicandi munus cum Senatoribus, vt illis tantum leuiorum cognitionem permitteret, ſibi autem non

ſolum criminum, quibus Reſp. læderetur, vindicationem, ſed & priuatæ cuiuſque cauſæ maximi momenti iudicium omne reſeruaret. Reliqua; Senatorum numerus, habitus, & cætera, adeò ſunt immutata, vt ne veſtigia quidem cernamus. Proinde qui volet plura ſcire adeat Roſinũ, qui ſcripſit libros Antiquitatum Romanarum, nec non Lazij Volſangij Commentaria de Republica Romana; plenius autem omnia tradentem Ioannem Sarium Zamoſium in libello de Senatu Romano.

Sedebunt.) Vt Senatores gaudeant prærogatiuis à iure, & Principibus conceſsis, debent ſedere, & proprio munere fungi: alioqui ſi eſſent tantum ad honorem creati, non deberẽt eiſdem commodis frui: qua ratione obſeruat *Boer. deciſ.* 17. *num.* 8. *& ſeq.* Capellanos Papæ percipere fructus beneficiorum, ſi in ſeruitio, & verè ſint capellani, quod ſi fuerint ad honorem tantum creati; huiuſmodi prærogatiua non gaudebunt, quod etiam porrigit ad referendarios, & conſiliarios ad honores creatos.

Immunitatibus.) Quę etiam iure communi competunt: nam Municeps eſſe deſiuit Senatoriam adeptus dignitatem, quantum ad munera: quantum verò ad honorem retinere dicitur originem, *l. Municeps.* 23. *ff. ad municipalem*, & per dignitatem nouum acquirunt domicilium, *l. Senatores.* 8. *Cod. de Incolis. lib.* 10.

§. *Cognoſcetque.*

QVæri poſſet, num in his cauſis cognoſcere valeant iudices ordinarij, vbi neuter collitigantium quicquam opponat, quaſi iuriſdictio conceſſa ſit priuatiuè quo ad alios, & non ſit ob id in poteſtate litigatorum prorogare iuriſdictionem alterius Iudicis, *Georg. de Cabedo, deciſ.* 22. *p.* 1. *vbi num.* 2. illam aſsignat rationem, quod aliorum omnium videtur limitata iuriſdictio. Non caruit controuerſia hic articulus, vt apparet ex cumulatis per *Barboſ. ad l.* 1. *art.* 4. *num.* 48. *& multis ſeqq. ff. de iudicijs*, & nouiſsimè per *Ruginell. pract. qq. cap.* 43. *num.* 5. *& ſeqq.* attamẽ reſolutiuè procedendo, placet determinatio ab eodem facta, *ſub num.* 7. *verſ. ſed meo iudicio.* quòd perpenſa ſtructura verborum ipſarum Conſtit. & etiam excellentia Senatorum concludendum ſit priuatiuè datam iuriſdictionem: & ita hic caſus poterit iungi illis decem recenſitis à *Ioſepho Ludouico, conſ.* 20. Alioqui cæteris paribus Iuriſdictio cenſeretur conceſſa accumulatiuè, vt probat varijs ſimilibus. *Roman. conſ.* 393. & approbatur à *Grammat. deciſ.* 30. *num.* 9. addas. *Roland. conſ.* 48. *num.* 25. *vol.* 2. & plenius, *conſ.* 80. Non tamen dixerim ob id ademptam eſſe facultatem prorogandi iuriſdictionem ex quo non fuit tributa fauore ipſius Senatoris, ſed quidem ſubditorum, vt contingit in cauſis feudalibus *Scrader. de feud. p.* 10. *ſect.* 1. *num.* 138. *vſque ad* 145. & in hoc deficit *Iacob. Anton. de Mauro allegat.* 40. *num.* 10. dum colligit iuriſdictionem cauſarum feudalium ſpectare ad dominum feudi, eo quia priuatiuè quoad alios conceſſa fuerit: quamuis enim id verum ſit, *Roland. à Valle, conſil.* 48. *num.* 25. *vol.* 2. non tamen dicendum inde

oriri

oriri impedimentum prorogationis, cum enim conceſsio facta fuerit fauore ſubditorum, id quod in dubio ſemper credendum, vt notat *Barboſ. dicto art.4.num.65.* nihil repugnabit quin fiat prorogatio: quia fortè ipſis non expediet habere illum iudicem, alium verò adire vtilius, *Ioſeph. Ludouic. dicta concl.20. ante verſ. Fallit 4.*

Reuocatum etiam fuit aliquando in dubium; num orta controuerſia inter affines de re feudali, aut cauſa ardua, & eius generis alijs hic recenſitis, peti poſsit compromiſſum, & ad arbitros recurri iuxta earumdem Conſtitutionum diſpoſitionem in tit. de arbitris. de hac cõtrouerſia reſpondidit *Menoch. in conſ.479. à nu.5.* vbi quampluribus fundamentis demõſtrat non diſcedi ob id à iudicio Senatus, vel quia ad ipſum ſpectet priuatiuè quoad omnes iudices, quemadmodum concluſimus mox, vel ſaltim cumulatiuè: & nominatim ſtatutum, ſiuè Conſtitutionem de cauſis compromittendis non derogare diſpoſitioni per quam cognitio demandatur ſupremo Magiſtratui, Senatui nimirum, probat *Menoch. d. conſ. 479. num.6.* quia ſtatutum de cauſis compromittendis repugnet iuri communi, diſpoſitio vero loquens de cognitione Senatus ſe conformet cum iure communi; ideòque hæc præferenda: vtitur etiam alio argumento *nu.8.* maiorem ſcilicet vtilitatem continere Conſtit. demandantem cognitionem ſupremo Magiſtratui, quam alteram loquentem de arbitris. In omnem caſum oſtendit cumulatiuè iuriſdictionem tributam intelligi: quia eodem tempore, & authoritate eiuſdem Principis promulgata ſit vtraq; diſpoſitio, vt dicendum ſit Principem, cuius vices ſuſtinet Senatus, concedendo alteri iuriſdictionem noluiſſe eam à ſe abdicare, quando expreſsim id non dixit; latè proſequitur *Roland. conſ.80. vol.2.*

Cauſis arduis.) Quæ autem dicantur cauſæ arduæ non eſt adeò facilè diffinire, cum id totum pendeat à rerum euentu: vt iure merito itũ fuerit in eam ſententiam, hoc totum relinqui arbitrio Iudicis, ita refert *Menoch. de arbitrarijs, caſ.205. & caſ.190. num. 18.* maximè inſpecto fine quẽ nobis proponimus, quia ſi quæſtio foret circa iuramentum, quando deferri deberet in ſupplementum probationum, generaliter reſpõdendum eſſet illud in cauſis magnis minimè eſſe deferendum. *Menoch. dicto caſu 190. num.17. & caſ.464. n.4. Surd.* multos citans *deciſ.326. num.94.* multæ, ac variæ prodeunt in ſcenam cauſarum ſpecies quæ arduæ reputantur; puta feudales *Roland. conſ.82. num.23. vol.2.* matrimoniales *Gayl. lib.2. obſer.94. nu.6. & ſeqq. Alex. conſ.143. n.4. lib.2.* alios citat *Seraph. de iuram. priuileg. 33. nu. 113.* Qualitas quoque perſonarum, & quantitas in iudicium deducta efficit quod cauſa dicatur ardua *Surd. conſil.12. nume.12. Papp. lib.9. tit. 6. arreſt.9. Afflict. deciſ.375. num. 10.* at probandum erit cauſam huiuſmodi quantitatis in tali perſona talis conditionis cõmuniter reputari magnæ quantitatis, *Alex. conſil.66. circa finem, num.1. lib.1. Cornaz. deciſ.68. num.15. Alex. conſil.68. num. fin. lib.3. & conſil.186. num. 6. lib. 7.* & hac ratione apud *Roland. in conſil. 26. num. 11. volum. 1.* cauſa in quã veniebat quantitas ducentorum aureorum reputatur ardua: non tamen poteſt in ſimilibus

certa

certa conſtitui regula, vt diximus. In eodem numero reponuntur cauſæ criminales, & ideò in eis non defertur iuramentũ *Menoch. de arbitr. caſ.* 464. *num.* 3. ne lõgior ſim me remitto ad cumulata per *Seraph. de iuram. priuileg.* 33. *& ſeqq. num.* 113. vbi etiam additionator multa obſeruat. Iungas etiã obſeruata per *Aug. Barboſ. in ſuis collect. ad tit. de prob. cap.* 2. *n.* 17. *& ſeqq.* Illud dixerim, in noſtro textu declarari, quæ nam ſint cauſæ arduæ quæ iudicio Ampliſsimi ordinis reſeruantur: nimirum illæ in quibus agitur de re præbente redditum aureornm mille, vel interpretatione priuilegiorum, controuerſijs finium, & alijs de quibus, vel via appellationis, vel alio modo conſilia Ducalia cognoſcebant.

Sit aureorum mille annui redditus.) Sæpe inter DD. ventum fuit ad contentiones, & inter alias illa fuit celebris, num ad firmandam iuriſdictionem Senatus, coaceruatio diuerſarum ſummarum in iudicium deductarum fieri poſſet: Vt ecce actor vno, & eodem libello petit ab eodem varias ſummas, varijs de cauſis debitas, puta ex mutuo, ex locato, & huius generis alijs, ſingulæ per ſe conſideratæ non valent conſtituere quantitatem Nou. Conſtit. determinatam, at ſimul iunctæ illam efficiunt. Ab affirmatiua ſtetit *Georg. de Cabedo, p.* 1. *deciſ.* 21. *à num.* 1. *vſque ad ſextum*, quem ſequtus eſt *Cancer. var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 43. *& ſeq.* quod etiam cõprobat nonnullis deciſionibus factis in Aula Domini Cancellarij *ſub numero* 49. conueniebantur ſiquidem diuerſi eodem libello, & ex eadẽ cauſa, & actione, & prævaluit ſententia tenentium vno iudicio, & cotã eodem Iudice cauſam terminandam eſſe. Contrarium reſpondidit *Bimius conſil.* 287. *à num.* 6. cauſam ſcilicet non effici ſenatoriam quamuis eodem libello plures proponerẽtur actiones, quemadmodum euenerat in illa facti ſpecie quam præ manibus habebat: etenim filia petebat dotes maternas, & etiam legitimam ſibi debitam, eo potiſsimum motus fundamento, quod in l. ſi idem. 11. ff. de iuriſdict. omnium Iudicum. non fit coaceruatio, ex eo, quod pluribus actionibus ageretur: ſi verò ex eadem cauſa plures venirent conueniendi non ideò minus cauſa reputaretur Senatoria, vt apud eumdem Cancer. diſpoſitionem illius tex. euitabant prædicti *Cabedo, & Cancer.* vnuſquiſque particulari ratione: Cabedo dicebat illi locum eſſe, quotiens diuerſæ actiones non vna petitione comprehenderentur, Cancer. verò obſeruabat coaceruationem non fuiſſe in ea ſpecie factam, quia tenderet ad deſtructionem iuriſdictionis, & ſic odioſa eſſet quod etiam ſenſit *Tiraquel. de retract. conuent.* §. 2. *gl. vnic. num.* 22. & ante eos *Bart. ad dictam l. ſi idem.* ſemper enim cum vertitur fauor iuriſdictionis admittitur coaceruatio *Alex. conſ.* 113. *nu.* 3. *vol.* 5.

Poſſet etiam quandoque in controuerſiam venire, num cauſa iudicata ſenatoria ex petitione, ſi in progreſſu detegeretur malitia petẽtis deberet remitti ad iudicem ordinarium: reſpondendum iudicium nihilominus fore ſententia terminandum, vt in ſimili notauit *Georg. de Cabedo, p.* 1. *deciſ.* 21. *num.* 13.

Interpretatione priuilegiorum.) Dum tamen principaliter, & per ſe de

Digitized by Google

valore Priuilegij,ſeu de interpretatione verborum ipſius,de eius mente, vi,& poteſtate quæritur: nam ſi de facto partium eſſet quæſtio: puta, eſt conceſſum priuilegium immunitatis gabellæ tali vniuerſitati, lis eſt an B. ſit illius vniuerſitatis, tunc cognitio erit Iudicis inferioris, vt declarando proſequitur *Cancer.var.reſolut.lib.3.cap.3.nu.*145. *& ſeqq.*

§. *Cognoſcet etiam.*

A*pprobatione confirmationeq; litterarum Principis.)* Prouidi Principes abſurdum reputarunt formas de publicis confectas cauſis robur obtinere,niſi ab ijs qui iuſtitiæ præſunt approbentur; quam normã præſcripſit Iuſtin.Imp.Nouell.152.tit.Ne ſacræ formæ,cuius exemplo Inuictiſſimus Imp. Carolus V. Ampliſs. Mediolanenſi Senatui voluit huiuſmodi facultatem,immo maiorem tribuere,quia conceſsiones,etiam de priuatis cauſis factas per ipſum Senatum approbari, & confirmari mandauit; ne ad importunas ſupplicantium preces,aliquid concedat Princeps contra ius,vel vtilitatem publicam, *Sola ad decreta Ducis Sabaud. tit. de interin. gl.*1. *num.* 3. *circa finem*, & ideò ſi conceſsio pendeat penitus à voluntate Principis,neque quicquam commune habeat cum concernentibus iuſtitiam,& non poſsit præiudicium afferre tertio, ſuperuacanea erit approbatio, ſiue vt vocabulo artis vtar,interinatio: veluti ſi tractetur de licentia data alienandi feudum, *Alba conſ.*292.*num.*14.*&* 28. Penes quoque Senatum Taurinenſem ex diſpoſitione decreti antiqui remanet ſimilis facultas,vt refert *Theſ.qq. foren ſ.*4.*num.*2. In Gallia ex Regijs Conſtit. interinatio fit per Curias Parlamentorum,aut Iudices præſidiales, aut ordinarios,prout ad eos diriguntur, *Sola dicta gl.* 1. *num.*6. Non etiam requiritur prædicta confirmatio,quam interinationem dicunt, quando priuilegium fuit conceſſum per Principem de poteſtate abſoluta, & ſuprema, ex certa ſcientia,& maturo habito conſilio, mandauitque illud inuiolabiliter obſeruari. *Roland.conſil.*61.*à num.* 31. *verſic. Vlterius dicitur volum.* 3. *quod tamen non probat Sola ad decretum Sabaud.Tit.de interinat.gl.* 2. *ferè per totum*: mouetur,quia etiam in his cognoſcendum an preces veritate nitantur,& ſint ommiſſa aliqua, quibus expreſsis Princeps non fuiſſet conceſſurus,quod ab eo deſiderabatur, & quod huiuſmodi approbatio deſeruiet pro recognitione ipſarum precum.

§. *A Decretis.*

TAnta erat,etiam apud Romanos,Senatus maieſtas, vt oratione Diui Hadriani effectum fuerit, ne appellaretur à Senatu Princeps. l. 1. §.ſciendum,2.ff. A quibus appellari non licet, idque in omnibus Iudicibus qui ob excellentem dignitatem inter alios præſtant, perpetuò obſeruatum fuit: mitto Principem,quoniam ſtultum eſſet, illud admonere, à Principe, appellare fas non eſſe,cum ipſe ſit,qui prouocatur §.& quidem

ibi-

Digitized by Google

ibidem. Igitur à præfectis prætorio appellare non licet. l. Præfecti. 17. ff. de minoribus, l. vnic. ff. de ſententijs præfectorum prætorio: credidit enim Princeps, eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide, & grauitate, ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus, l. vnic. §. His cunabulis. 1. ff. de officio Præfecti prætorio. Cæterum, ſi iuxta alicuius ſententiam pronuntiaret Senatus, exemplo Imperatoris, qui ad ſuggeſtionem Præſidis. l. 1. ff. quando appellādum ſit, pronuntiauit, audiretur appellans: quoniam non aduerſus Principem, ſed aduerſus Iudicis calliditatem prouocaret, fateor tamen hoc rarius euenire poſſe, cum in ſenatu omnia ventilentur.

Dicitur in tex. non licere appellare à decretis, ſententijſvè Senatus, aut de nullitate dicere; vnde quæri poſſet, num reſtitutio in integrum paſsim concedenda ſit. fuit quandoque ventilatus hic articulus coram ipſomet Senatu in facti ſpecie de qua reſpondiderunt *Riminald. Iun. conſil.* 655. *& Menoch. conſil.* 479. & pro altera parte *Bec. conſil.* 160. Priores illi denegant reſtitutionem promiſcuam, hic verò vult eam introducere: quid fuerit deciſum non inuenio: rationes deductæ pro negatiua mihi videntur ſtabiliores, quia Senatus vice ſacra iudicat, & certum eſt aduerſus ſententiam Principis nō concedi reſtitutionem niſi ex magna cauſa, quā exprimere, & probare conuenit, l. minor autem. §. 1. ff. de minor. idque in continenti *Theſaur. deciſ.* 181. *num.* 4. & illius tex. auctoritate monētur DD. quorum partem numerat *Menoch. dicto conſil.* 479. *num.* 28. videtur enim per calumniam reſtitutionem petere qui de ſententia Principis cōqueritur, quia habeat præſumptionem pro ſe ob culmen dignitatis. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 531. *num.* 88. *Theſ. deciſ.* 181. *num.* 3. *verſ. Senatus in hoc*; quemadmodum etiam nō caret calumnia qui petit reſtitutionem aduerſus tres ſententias conformes *Magon. deciſ. Floren.* 133. *num.* 9. Accedat quod ex quo Nou. Conſtit. permittit remedium ſupplicationis videntur aliud denegaſſe arg. eorum quæ dicit *Afflic. deciſ.* 356. *num.* 2. In omnem caſum petitio reſtitutionis non retardabit executionem, nedum inſpectis verbis ipſius Conſtitutionis quæ concedit remedium ſupplicationis parito prius iudicato. ſed etiam conſiderata qualitate Iudicis, qui ſententiam protulit, & ita ratiocinatur *Menoch. numero ſubſequenti*, ſicque ſeruatur in Tribunalibus; vt de conſilio Burdegalenſi ſcribit *Boer. deciſ.* 247. *nume.* 12. *verſic. Et in ſimili cauſa*, & in Conſilio Neapolitano vſu receptum fuiſſe teſtatur *Capyc. deciſ.* 53. Ita etiam ſeruari in Curia Parlamenti Delphinatus quādo ſupplicatur teſtis eſt *Guido Pap. q.* 50. *num.* 2. *verſ. Tamen quicquid ſit*, & rurſus *q.* 420. *Ranchinus ad dict. q.* 50. Excipias tamen caſum in quo executio facta non poſſet retractari, *Afflic. deciſ.* 356. *num.* 6. quamplures allegat *Capella Tholoſ. q.* 431. *num.* 2. addas *Viui. deciſ.* 495. *num.* 13. veluti ſi deueniēdum eſſet ad capturam *Theſaur. deciſ.* 181. *num.* 3. *verſ. vel quia tractaretur*, vel exigēdum nomen debitoris: creditores etenim impedirent executionem ſententiæ latæ fauore ceſsionarij, quia facta ſolutione extinctum remanet

nomen.

nomen. *Alex.conſil.17.num.6.& ſeq.lib.1.* In cauſa itidẽ matrimoniali differtur executio, vt apud *Viui.dicta deciſ.495.num.13.* Sic etiam quando de negotio criminali eſt ingerenda pœna corporis afflictiua, qua executioni miſſa, per reuocationem ſententiæ non poſſet per omnia proſpici ipſi reo, licet enim [illegible] ad triremes circumſcripta ſententia, poſſit domum reuocari, fieri tamen non poterit quin quandoque ei obijci poſsit, quòd remigauerit, & infamiæ notam contraxerit, *Francb.deciſ.139.* Exemplum habemus apud *Clarum in §.fin.quaeſt.84.num.10.* ſi pendeat cognitio ſuper nullitate ſententiæ criminalis, etiam ſi requireret altiorem indaginem, ſuperſedendum ab exequtione irretractabili ex communi DD. ſententia affirmat.

§. *Poteſt tamen.*

T*Ermino à iure præfixo.*) qui erat duorum annorum, vt habetur in l. vnic. de ſententijs præfectorum prætorio, & per eius authoritatem firmat gl. in cap. Ex litteris. 2. in verbo, ſupplicauit, de in integr. reſtit. idque verum eſſe admonet in eo caſu quo ſupplicatio porrigitur ſuperiori, vt in præſenti ſpecie: at quando porrigitur iudici, tunc non excedit decẽ dies, & ſi hunc terminum ſeruauerit, ſententia non aliter executioni mãdabitur, niſi victrix pars idoneam fideiuſsionem præbuerit tantum reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione ſi legitima retractatione ſententia reſoluatur *auth. quæ ſupplicatio, C. de precib. Imp. offerendis.*

Supplicare.) Nou. Conſtit. compilatores animaduertentes publicè nõ prodeſſe ſingulis legum adminicula denegari l. vnic. Cod. de ſententijs præfectorum Prætorio, voluerunt ſua benignitate ſuccurrere ijs qui victi non poſſunt conqueri de ſententia Iudicis tamquam iniuſta: ita enim definit ſupplicationem *Inno. in cap. Ex litteris. 4. num. 3. de Reſcript.* vt ſit quędam benignitas ſuperioris ad remouendum quæ malè acta credit: aliqua verba addit *Abb. ibid. nu. 6.* dicens, ſupplicationem eſſe quamdam precum porrectionem factam Principi, per quam ex quadam benignitate, ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam contra quam non competit remedium ordinarium *Rebuff. in tract. de ſupplicat. in præfat. numero 9.* ita deffinit, quòd ſit quædam parte petente ad errorem facti contra iudicatum proponendum, quod per appellationem vel nullitatem retractari non poteſt à Principe facta impetratio, ſiuè conceſsio, Sed vtcunque [illegible] omnes conuenit, remedium hoc fuiſſe introductum, vt [illegible] eis qui non poſſunt conqueri de ſententia Iudicis ob eius [illegible] quia etiam alia ratione ſit prohibita appellatio, vt notat [illegible] ſtatuto prohibita ſit, vel per Principem committẽtem cauſam appellatione remota, [illegible] *Maranta Speculi p. 6. art. 2. num. 13.* Non tamen id perpetuum eſt, vt qui non poteſt appellare, valeat ſupplicare: nam verus contumax quemadmodum non poteſt appellare,

ita etiam non poterit ſupplicare, tradit idem *Maranta num.* 14. Amplius quando ratio propter quam excluditur appellatio repellit ſupplicãtem, neque ipſa ſupplicatio admittitur: quare qui bis appellauit non poterit ſupplicare, vt ſcilicet finis litibus imponatur: & quemadmodum in iudicio momentaneo nõ appellatur, eo quia damnum facilè reparari poſsit, ita etiam non poterit ſupplicari eadem ratione: vtrunque obſeruauit. *Natt. conſil.* 172. *nu.* 11. Porrò ex hactenus dictis, & alijs mox ſubijciendis plures colliguntur differentiæ inter ſupplicationem, & appellationem quas in vnum congeſsit *Maranta loco citato, nu.* 15. *& ſeqq. Rebuff. in tracta. de ſupplicat. in præfat. nu.* 84. *& ſeqq.* Prima deſumitur à tempore quod conceditur ad remedia antedicta proponenda. Hodie tribuitur ſpatium decem dierum ad interponendam appellationem, auth. Hodie C. de appellat. ad ſupplicandum verò longius tempus tribuitur, nimirum biennium dicta l. vnic. C. de ſententijs præfecti Prætorio. Secunda deſumitur ab effectu vtriuſque: appellatio ſuſpendit, toto tit. Nil nouari appellat. pendete, ſupplicatio verò non impedit executionem dicta auth. quæ ſupplicatio, Cod. de precib. Imp. Offerend. Tertia differentia deſumitur à perſona eius qui cognoſcit de negotio per ſententiam deciſo: appellatio deuoluit negotium ad Iudicem ſuperiorem ei à quo fuit prouocatum. *l. eos. 6. Cod. de appellat.* Supplicatio facit vt idemmet qui pronuntiauit de cauſa iterum cognoſcat *dict. auth. quæ ſupplicatio. Cod. de precib. Imp. offerend.* Quartò appellatio concernit meram iuſtitiã, quia eſt ſpecies defenſionis, *cap. cum ſpeciali,* 61. *§. porrò. de appellat.* & eſt remedium ordinarium: ſupplicatio verò eſt remedium ſubſidiarium, à mera Principis benignitate procedens: vnde qui licitam prouocationem omiſerit, perpetuò ſilere debebit. *l. fin. Cod. vt lite pendente, &c.* Aut ſi tempora appellare permittant; nam ei qui communi auxilio, & mero iure munitus eſt, non debet tribui extraordinarium auxilium. *l. In cauſa. 16. ff. de minorib.* Quintò qui appellat conqueritur de iudice, quod iniquam tulerit ſententiam, l. Præfecti 17. ff. de minorib. ſed qui ſupplicat non conqueritur de iudice, nefas enim eſſet, l. vnic. de officio Præfecti prætorio. ſed debet allegare propriam ſuã negligentiam *Menoch. conſ.* 818. *num.* 98. aut deducere errorem facti *dicto cõſil.* 818. *num.* 90. aut aduerſarij circonuentionem. Cæterum in hoc à pari procedunt appellatio, & ſupplicatio, vt quemadmodum per ſanctionem Iuſtiniani, in l. Per hanc. 4. Cod. de tempor. appellat. licentia patet in exercendis conſultationibus, tam appellatori, quã aduerſæ parti, nouis etiã adſertionibus vtendi, vel exceptionibus, quę non ad nouum capitulum pertinent, ſed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ ſunt quę apud anteriorem Iudicem noſcuntur propoſitæ: ita etiam hoc permiſſum ſit in ſupplicatione, vt ex facto conſultus reſpondidit *Roland. conſil.* 94. *vol.* 1. vbi etiam poſt multos probat ſententiam gl. determinantis, conuenire cum appellatione etiam quo ad tempus inſtantiæ.

Parito prius iudicato) quemadmodum etiam fuit in Regno ſancitum Rit. 188. incip. Item cum petitur, tit. de reuiſ. ſenten. de quo mentionem

facit

Digitized by Google

facit *Maſtrill. deciſ. 99.* obſeruans per fideiuſsionem non ſatisfieri diſpoſitioni Ritus.

Quid ſi ſententia condemnauerit ad ſoluendum expreſſam quantitatem vna cum intereſſe, & expenſis, vel reſtituendam rem vna cum fructibus, an ſit locus dictæ clauſulę nondum intereſſe, & fructibus liquidatis: pluries fuiſſe reſolutum in Rota, quod debeant etiam fructus reſtitui, & interim non poſsit ad vlteriora procedi, refert *Marta de clauſul. p. 1. clauſ. 84. num. 5.* & in conſiſtorio S. A. C. Regni Siciliæ pronuntiatum communi omnium voto teſtatur *Giurba deciſ. 81.* quia præſumptio calumniæ petentem reuiſionem ſemper vrgeat, ſiue debitum ſit liquidum, ſiuè illiquidũ, neque poſsit imputari victori cur prius non liquidauerit, quoniam poterat victus liquidare, aut curare aſsignari terminum victori, vt in Rota fieri conſueuit. *Seraph. deciſ. 655. num. 4. Giurba dicta deciſ. 81. num. 11.* Quare Senat. 4. Martij 1624. referente Perill. Vicecomite cenſuit Perſichellum non eſſe audiendum in iudicio reuiſionis petitæ aduerſus Picenardum, niſi ſoluto intereſſe ad quod fuerat condemnatus. Et quamuis legatur *deciſ. Maſtrill. 223.* quæ contrarium ſuadere videtur, tamen prædicta ſententia ſequenda, niſi fortè conſtaret de paupertate reclamantis, quia tūc reſeruaretur reſtitutio fructuum in finem litis, quemadmodum nō ſemel fuiſſe decisum in Rota teſtatur Oliuerius *Beltraminus ad deciſ. Ludouiſ. 361. numero 5.*

Et executioni miſſa ſententia.) ea tamen facta reſeruatione, quod ſi intra decem dies petita ſit reuiſio, præſtetur cautio per eum qui contendit ſententiam mandari debere executioni, vt in terminis noſtrarum Conſtit. obſeruat *Menoch. de arbitrar. q. 70. nu. 52.*

Facto de poſito aureorum centum.) Ex Conſtit. Sabaud. tit. de appellat. faciendum eſt depoſitum decimæ partis ſummæ de qua contenditur. Portò ab hoc depoſito ſubleuatur pauper, & ita non ſemel Senatum mandaſſe teſtatur *Menoch. de arbitrar. q. 70. num. 33.* & in terminis ſupradictæ Conſtit. Sabaud. notat ibid. *Sola gl. 17. numero 2.* vterque id comprobans authoritate *Guid. Papa, q. 189.* verba facientis de eo qui non poteſt fideiubere ob paupertatem, ſed admittitur ad præſtandum iuratoriam cautionem, de quo latè *Hering. de fideiuſſ. c. 18. num. 87. & ſeqq.* & non mirum ſi hoc remittatur pauperi, cum multa ſint paupertatis priuilegia, vt in vnum congeſta materiem iuſto volumini præbere poſsint: tu interim ſparſim multa leges de paupertate, præſertim apud *Viui. deciſ. 268. & Myſing. cent. 4. obſeruat. 97.*

De officio Quæſtorum ordinariorum redditnum.

Titulo 5.

A*Sententijs.*) Conſonat hoc iuris communis diſpoſitioni, ita poſtulante vtilitate priuati ærarij, & vt publicis neceſsitatibus prouideatur *l. Abſtinendum 4. & l. fin. Cod. quorum appellat. non recipiuntur.* Ex [illegible] etiam obſeruandum, denegari remedium ſupplicationis, quia [illegible] appellatio ſit interdicta ex natura cauſæ, & non ob reuerentiam [illegible]; quemadmodum obſeruat *Caſtrenſ. ad l. ſi quis, 5. in fine. C. de preci. Imp. offerend.* & ante ipſum alij quorum meminit *Iaſon. auth. Quæ ſupplicatio, nu. 6. C. eod.*

Coniuncti fuerit vſque ad quartum gradum) tot itidem gradibus fuit contenta Reg. Pr. g. Neap. diſponens, quod Iudex interuenire non poſsit in illa cauſa in qua coniunctus eſt aduocatus vſque ad quartum gradum, teſte *Vinio. deciſ. 319.* Porrò nulla facta expreſsione computatio graduum fuiſſet facienda ad præſcriptum iuris ciuilis, & ita prohibitio ſe extendiſſet vſque ad decimum gradum, vt obſeruat *Menoch. de arbitr. caſ. 152. nu. 4. & ſeq.* vel ſaltim vſque ad ſeptimum iuxta notata per *Beret. conſil. 138. nu. 4.* & hæc computatio placuit *Maſtrill. deciſ. 131. nu. 3.* At iure dubitari poterit, num diſſoluta coniunctione per mortem, vt iure diſſoluitur, *l. cui coru. 3. § affinitates. 1. ff. de poſtulando*, maneat [illegible] impedimentum, quaſi duret affectio contracta, id quod non leuibus argumentis probare ſtuduit *Beretta in conſil. allegato 138. num. 7. & ſeqq.* In tribunali [illegible] men contraria ſententia præualuit, vt videre eſt apud *Molanen. deciſ. [illegible] numero 15. & ſeqq.*

De officio Quæſtorum extraordinariorum.

Titulo 6.

E D I C T V M.

I*Vs aliquod habere.*) Dubitatum fuit ſæpius an ſub hac normi contineatur [illegible] commiſſarius [illegible] quaſi habens ius conditionale non comprehēdatur: interpretes circa prædictum articulum in contrarias iuerunt ſententias, *Iaſon* poſt antiquiores quos citat, in ea fuit ſententia, quod talis teneatur contradicere, & ſententiam antiquiorum confirmat nouis fundamētis *ad l. ſi ſtipulatus fuerim, 78. § cum ſtipulabitur, num. 3. ff. de verborum obligat.* accedit *Boſſ. in praxi tit. de proclamate, quod ſubhaſtis publicatis num. 11.* vbi teſtatur de obſeruantia. Hanc ſententiam ſimpliciter laudat *Alba conſilio 305. num. 1. ſed conſil. 585. num. 36.* vlterius procedit, quia teſtatur hanc de-

ciſionem

ciſionem communiter fuiſſe receptam, & in practica ſeruari. Prædictorū dicta refert *Menoch. conſil. 794. num. 16.*

Contrariam ſententiam data opera, varijs rationibus motus amplexus eſt *Alciat. conſil. 35. lib. 2.* pro quo facit ratio in ſimili conſiderata ab *Alex. conſil. 106. num. 4. in fine*, quod non valenti agere non currit præſcriptio, & etiam Conſtitutionis verba ſint in ſua propria ſignificatione accipiēda, cum diſpoſitio ſit odioſa. *Caphal. conſil. 29. ſub num. 23. ante verſ. Et ex his etiā. vol. 1.* & pro hac parte faciunt tradita per *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 10. num. 47. & ſeqq.* vbi oſtendit tempus non currere niſi à die impletæ conditionis, & huic ſententiæ ſe ſubſcribit. *Plot. ad l. ſi quando. in Indice verbo, decretum, verſ. decretum excludens*, neque defuerunt qui atteſtati fuerint illam ſeruari inter quos *Cotta in ſuis memoral. incipit. Statuto ſeu Decreto*. & in iudicando Senatum illam approbaſſe affirmat *Raud. de analog. cap. 32. n. 56.* & ita ſēſiſſe 19. Octobris 1585. reperio annotatum in meo Codice in cauſa Antonij Malaſpinæ filij Marchionis Io. Mariæ, per quam declaratū fuit, huiuſmodi edicta non obeſſe filijs nondum natis, quam indubitāter procedere extra caſum cridarum fiſcalium ſenſit *Coſta conſil. 6. num. 11.* Laudarem tamen cum Ploto loco ſuperius allegato, quòd fieret contradictio ad euitandas lites. Non omiſerim beneficium hoc cridarum prodeſſe ijs ſolummodo qui contradixerunt, & negligentes ſentire incommodum ne dum reſpectu fiſci, ſed etiam aliorum qui contradixerūt, quod ſi vnus non contradicentium ope reſtitutionis in integrum reintegretur ad illāmet bona, is qui non contradixit, & contradicendo potuiſſet eum excludere, non auferet bona ab eo qui fuit reſtitutus, vt in terminis reſpondidit *Menoch. conſ. 794. num. 17. & ſeq.*

De Præfectis Annonæ. *Titulo 8.*

§. Nemini liceat.

Vel non ſubdito.) Dirimit controuerſiam inter DD. exortam; an huiuſmodi, prohibitio comprehenderet forenſes, de qua lege *Franc. Marc p. 2. q. 258.* diſtinguentem: nam ſi verba ſtatutū dirigantur in rem, puta ne blada extrahantur, forenſes non poterunt extrahere: ſi verò in perſonam, quòd nullus extrahat blada, forenſes minimè comprehendentur, quia ſtatutū dicatur directum in perſonas ſubditorum.

Extra dominium.) Hoc ferè ab effectu accipiendum eſt, vt exportator non dicatur, qui hoſtem, aut latronem, incendium, ruinamve timens exportaſſe creditur: quemadmodum qui horum cauſa fugit, fugitiuus non dicitur, *l. quid ſit fugitiuus, 17. §. Item 3. ff. de ædil. edict.* Crimen enim contrahitur vt plurimum ſi voluntas intercedat. *L. 1. Cod. ad leg. Cornel. de ſicar.*

Aut farinam.) Ad tollendas omnes altercationes Conſtituentes expreſ-

BIBLIOTECA NA ROMA

Digitized by Google

preſsim prohibuerunt exportationem farinæ: poſitum enim fuerat in controuerſia an appellatione frumenti contineretur farina, & Dyn. cuius meminit *Bart. ad l. quæſitum 78. §. Illud. 4. ff. de leg. 3.* negantem partẽ adſtruit, ea ratione motus, quòd materiatum non continetur appellatione materię quando in illam ampliùs reſolui non poteſt, eumdem ſequitur *Bald. ad l. quod non ratione. 29. ff. de legib. Alber. de ſtatut. lib. 2. q. 5.* vbi teſtatur de communi. Bartolus tamẽ contrarium affirmat, & docet id locum ſibi vindicare, quotiens materiatum conuerſum eſt in id, ad quod tendebat, motus authoritate *Vlpiani ad l. ſi cui lana. 70. ff. eo.* Quæſitum eſt, inquit, vtrũ lanæ appellatione ea ſola contineatur, quæ neta non eſt: an, & ea, quæ neta eſt. vt puta ſtamen, & ſubtumen, & Sabinus, & netam contineri putat, cuius ſententia vtimur, lanæ appellationem eatenus extendi placet, quoad ad telam perueniſſet *Guido Papæ deciſ. 373.* ad corroborandam ſententiam Bart. illam addit rationem, quod ratio prohibitionis æquè vigeat in farina, ac in frumento, ne ſcilicet annona carior fiat, & proindè iuſta ratione ad illam quoque porrigi prohibitionem: immo extendit ad exportationem panis, & in illa curia parlamenti pluries ita fuiſſe iudicatum atteſtatur, hancque ſententiã approbat *Franc. Marc. par. 2. q. 240. Boer. deciſ. 177. num. 5. Hieronym. quoque à laurent.* approbauit huiuſmodi determinationem hac ratione ſuffultam, *in deciſ. 96. numero 4. verſicul. ſicut ſi ſtatutum.*

Circa autem hanc prohibitionem extractionis bladorum, variæ ſe offerunt controuerſiæ ex facto deciſæ, quas breuiter attingere valdè vtile, ne dicam neceſſarium.

Primò quæritur de illo qui reperitur in via, blada conducens extrahenda, an puniatur, ac ſi extraxiſſet extra patriam. *Bart. in l. 3. num. 5. C. de naut. fænore* negatiuam ſententiam probat, quia ei placuerit diſtinctio quã fecerat, gl. ad l. ſi quis non dicam, 5. Cod. de Epiſc. & cleric. *Franc. Marc. par. 2. q. 239* diſtinguit inter eum qui negat, & illum qui confitetur: prioris admittitur excuſatio ſi adfirmet portare ad domum ſuam, aut ad molendinum: in altero verò cenſet habere locum pœnam ad inſtar illius qui reperitur in via fugere ad hoſtes per l. ſi fugitiui. 3. Cod. de ſeruis fugiti. addit tamen mitius puniendum eſſe, ex quo delictum non eſt conſummatũ. Hodie per ordines Illuſtr. Magiſtr. reddituum extraordinariorum eſt prouiſum, quia deſignata ſunt loca, quę ſuſpecta reputantur, & in quibus reperti cum bladis inter reos habentur.

Secundò quæritur an aliquis deferens ad vſum neceſſarium alicuius, mereatur excuſationem pœnæ, & affirmatiuè reſpondet *Franc. Marc. par. 2. q. 237.* motus ea ratione, quia in tali caſu liber quoque ſit à ſolutione gabellæ, vel pedagij: illud addendo, fore credendum ipſi deferenti proprio iureiurando affirmanti, quando circumſtantiarum natura, & perſonarum qualitas contrarium non ſuadet.

Tertiò obſeruandum venit, an minor extrahens blada contra prohibitionem conſtitutionis incidat in pœnam comminatam, *Bald. ad l. ſi ex*

cauſa

cauſa 10. §. *ſi in commiſſum.* 5. *ff. de minor.* reſpondet ei ſubueniendum, niſi probetur ipſum dolo id feciſſe, vt ibi Vlpianus affirmauit. Hoc idem obſeruauit *Roman. ſing.* 816. *num.* 4. quam determinationem elicit ex cap. 2. de delic. pueror. aut etiam verius dicamus deciſionis inde elici rationé, quia ſcilicet Conſtitutionibus coercetur factum iure communi haud punibile, & de hac ſingulari obſeruatione credendum voluiſſe intelligere, *Roland. à Valle in conſil.* 57. *num.* 6. *vol.* 2. licet citet ſingulare vltimum *Frãciſc. Cremenſ.* 30.

Quattò notandum eſt, hac conſtitutione non comprehendi illum, qui alibi emerit frumentum deferendum in aliam ciuitatem: neque enim qui defert per ciuitatem frumentum in alieno territorio acceptum dicitur ex illa extrahere, argumento eſt Conſtit. Conſtantini in l. ſi quis. 6. C. de Aedifi. priuat. vbi vetitum fuit ciuibus ſpoliare ciuitatem; ornatum, hoc eſt columnas, vel marmora ad rura transferendo: & tamen non cõprehendit eum, qui de poſſeſsione transfert ad poſſeſsionem, etiã ſi per mediam ciuitatem transferat, & in noſtris terminis ita affirmauit *Bart. ad l. cætera* 43. §. *ſed & ſi quis, num.* 4. *ff. de leg.* 1. quæ adducit *Alex. in conſil.* 86. *nu.* 2. *lib.* 4. ad demõſtrandum, eum qui emerat ſal extra comitatum Bononiæ; deferendum aliò, minimè contraueniſſe capitulis prohibentibus ne quis emeret ſal præterquam à conductoribus dacij ſalis. Cętera quæ poſſent in contronerſiam venire occaſione ſe præbente legere poteris apud *Rip. de remed. ad conſer. vbert. cap.* 5. *tract. de peſte à num.* 43. aliqua etiam huc pertinentia legi poterunt apud *Viui. opin.* 765. *& ſeq.*

De Officio Vicarij Generalis. *Tit.* 11.

§. Iusdicentes.

HAec conſtitutio ſumma æquitate nititur, cum officiales, qui ciuiles adminiſtrationes habent, debeant eſſe puri manibus, & contenti his quæ ſibi à fiſco dantur, vt habetur in auth. Vt Iudices ſine quoquo ſuffragio, §. cogitatio. neque enim licet Iudici vendere iuſtum iudicium, & ſi liceat aduocato vendere iuſtum patrocinium, & Iuriſconſulto tectum conſilium. canon. Non licet 71. 11. quæſt. 3.

Barratariam.) Hoc nomen eſt barbarum à commutatione ſententiæ in pecuniam dictum: quando videlicet Iudex pretio pacto, ſeu conuento aliquo, dato vel promiſſo, ſeu remiſſo, aliquid facit, vel omittit in officio ſuo propter quod, aliquod commune, vel ſingularis perſona læditur, vel lædi poteſt, vt in *cap.* 41. *Statut. Mediolani, vol.* 2. Iure communi crimẽ iſtud repetundarum dicitur, de quo habetur tit. ff. & Cod. & latius patet quam deſcriptio à ſtatuentibus propoſita: nam Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione,

gatione, vel quo alio officio, munere, miniſteriovè publico cępit, vel cum ex cohorte, cuius eorum eſt, l. 1. ff. ad leg. Iul. Repetund. l. lex. 7. ff. eo. licet igitur ſimpliciter data ſit pecunia, aut etiam vt iuſtè iudicaretur, incidet in leg. Iuliam repetundarum, & barratariam committet, l. lege. 5. & ſeq. ff. eod. turpe enim eſt Iudicem in huiuſmodi cauſam accipere pecuniam, *Bart. auth. ſed nouo iure, num. 3. Cod. de pœna iud. qui malè iudic.* perſpicuè declarat *Boſſ. in ſua prax. tit. de officialib. corruptis, num. 1. & ſeq.* Iniuſtiſsimū namque eſt Iuſtitię mercedē quęrere, qui mercede bonus vir eſt, mercede erit malus, cum iuſtitia debeat eſſe gratuita, inquit *Cic. lib. 1. de legibus.* Porrò hunc caſum noluerunt includere Conſtituentes, dum ſubiecerunt illa verba, Iniuſtitiam feciſſe, de quibus mox: de ſtatuto Pap. 39. in criminalibus idem ſenſit *Menoch. de arbitrar. caſ. 342. num. 24.* In eamdem legem incidebant qui plus doni muneris in anno accipiebant quam eſſet aureorum cētum. l. eadem. 6. in fine, ff. eod. Quod ſi pecunia ſit data Iudici poſt ſententiam latam, non poterit Iudex de barrataria puniri, vt ex Anchar. & Bald. obſeruat *Hippol. de Marſil. ſing. 190. num. 3. & num. ſubſeq.* dubitat, num ſententia poſsit dici venalis, quando pars promiſit ſe daturam aliquid poſt latam ſententiam: ex quo non ſit credendum Iudicem illa ſpe ductum voluiſſe prodere iuſtitiam.

Scienter, & dolosè.) In eadem naui ponitur Iudex qui ſcienter, & dolosè iniuſtitiam fecit, cum eo qui barratariam committit, ſi tamen iure communi cum illo mitius agitur, vt apud *Boſſ. tit. de officialib. corruptis pecunia, num. 11.*

Iniuſtitiam feciſſe.) Hoc eſt non iure pronuntiaſſe contra aliquem, vt loquitur Iuſtinian. §. 1. Inſtit. de iniurijs daqua iniuria poteſt conquæri is qui fuit læſus, etiam ſi in cauſa appellationis ſuccubuerit. Appellatio enim reddit ſententiam iuſtam quo ad ordinem; non autem quoad cauſam aut animum Iudicis, quibus argui poteſt iniuſtitia, vt innuit *Innoc. in cap. Paſtoralis 28. nu. 8. de offic. & poteſt. Iud. deleg.*

Vel alia pœna.) Iure communi patiuntur diſpendium exiſtimationis, l. fin. Cod. de pœna iudic. malè iudicant. neque ad idem officium amplius reuertuntur, vt per l. Iudices, Cod. de dignitat. lib. 12. probat *Capyc. deciſ. 121. num. 18.* Varia genera pœnarum quibus quandoque affecti fuerunt Iudices qui in tale crimen incidiſſent, recenſet *Menoch. de arbitrar. indic. caſ. 342.*

Quali

§. Quinimmo.

O*Mnibus modis.*) Qui tamen ſint conſoni diſpoſitioni iuris communis, ſeruatiſque ſolennitatibus iuris, id quod ſuadetur ex contex.cap.1.de officio Iudicis ordinarij: cuius authoritate annotat ibi Bald.ſtatutum tribuens facultatem liberè inquirendi, accipiendum eſſe de poteſtate legum diſpoſitioni conformi. Non erit etiam permiſſum procedere contra officialem, & illum condemnare ſuper dicto vnius teſtis, corrobato, vel coadiuuato iuramento partis, vt obſeruat *Plot.ad l.ſi quando.Cod.vnde vi.num.*634.adducens in argumentum obſeruationem quam fecit.*Bald. ad l.obſeruare,*4.§.*proficiſci.*2.*ff. de offic.proconſul.* probationes ſcilicet contra officiales debere eſſe euidentes, ea ratione, quòd pro eis multum præſumatur, l.fin.C. de offic. ciu.Iud.

Qualitate delicti.) Etenim ex lege repetundárum non ſolum extra ordinem puniebantur, ſed plerunque, vel exilio, vel etiam durius, prout admittebant. Quid enim ſi hominem necandum accepiſſent? vel licet nō accepiſſent calore tamen inducti interfecerint, vel innocentem, vel quē punire non debuerant? capite plecti debent; vel certè in inſulam deportari, vt plerique puniti ſunt, l.lex.7.ff.eo.

§. *Nec iuuabit.*

R*Eſtituerunt.*) Et hoc maximè notandum, quia licet pœnitētia, etiam re integra, non eximeret Iudicem à pœna, quemadmodum notauit *Bald.ad leg.Et generaliter.*3.*ff. de calumniat.* atteſtans ita fuiſſe Florentiæ iudicatum, id quod vt ſingulare retulit *Roman. ſing.*332. probat *Boer. deciſio.* 353.*num.*33.*Menoch.de arbitrar.caſ.*342.*num.*32. tamen vbi reſtitutio ſubſequebatur impunè euadebat, vt declarat idem *Boer.dict. n.* 33. refert *Farin. quæſt.*111.*num.* 180. quam declarationem approbauit Io. Matienzus Hiſpanus caſu quo nulla interueniſſet pactio teſte *Menoch. dicto caſu* 342. *num.* 32. Nou.igitur Conſtit.huiuſmodi declaratio remanet ſublata.

§. *Iuſdicentes, & officiales.*

F*Amilia.*) Familiæ nomen hoc loco non tantum ad ſeruos officialium referemus, verum etiam ad eos qui in numero familiarium officialis ſunt. Siuè igitur liberi ſint, ſiue ſerui alieni qui vnà cum officialibus ſūt, hac conſtitutione continebuntur, arg. edicti de publican. & vectig. l. 1. §.familię 5. Et iure conſtitutum fuit officialem teneri ex condemnatione familiæ; vt & apud veteres adſtringebantur lege repetūdarum ij quo-

rum cohors pecunias accepiſſet à quibus non liceret, l. 1. ff. ad leg. Iul. repetund. Sic pro conſiliarijs, cancellarijs, & ijs qui domeſticorum funguntur offitio. l. conſiliarios 3. Cod. de aſſeſſor. Nam ſi officialis videt, & patitur familiam malè verſari eſt particeps culpæ, cum ad ipſum ſpectet illam coercere: ſi non vidit, ſibi imputet qui maiorem non adhibuit delectum. Vnde conſulebat Vlpianus in l. obſeruare, 4. §. proficiſci. 2. ff. de officio Proconſ. melius eſſe Proconſulem ſine vxore proficiſci, alioqui ſi duxerit, ſcire debere, Senatum Coſta, & Meſſala Conſſ. cenſuiſſe futurũ, vt ſi quid vxores eorum qui ad officia proficiſcuntur, deliquerint: ab ipſis ratio, & vindicta exigatur.

De officio Capitanei Iuſtitiæ. Titulo 12.

Hoc officium non à multis temporibus introductum fuit: de eo enim in Conſtit. ſolum fit mentio, & ideò non refert per omnia imaginem alicuius magiſtratus antiqui, in aliquibus tamen aſsimilatur illi Magiſtratui cui à Romanis inditum nomen Præfectus vrbi: non quidem eius qui in primordijs Reip. Romanę iuriſdictionem exercebat, quoties Magiſtratus proficiſcerentur, & poſtea latinarum feriarum cauſa introductus eſt, vt narrat *Pomp. in l. 2. §. & hæc omnia 33. ff. de orig. iur.* ſed eius potiſsimum qui omnia omnino crimina ſibi vindicabat, temporibus Imperatorum, vt declarat Epiſtula Diui Seueri ad Fabium Cilonem præfectum vrbi miſſa cuius fit mentio in l. 1. ff. de officio præfecti vrbi, licet ſinguli eſſent magiſtratus ſingulis criminibus vindicandis, & cognoſcendis deputati.

Ad §. Procedentque.

Svmmariè. Hæc clauſula his verbis concepta, *ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij*, multas inter antiquos excitarat diſſenſiones, vt ex multiplici authorum lectione obſeruare cuiq; promptum eſt: quãplures proſequitur *Bart. in extrauag. ad reprimendum. DD. in Clem. ſæpe de verbor. ſignif. Oſaſch. decif. 1. Aſin. prax. iudic. §. 3. Rebuff. ad ll. Reg. tit. de ſentent. execut. art. 9. gl. 2. tom. 1. comm. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 47. Gramm. deciſ. 19. Myſing. cent. 2. obſer. 44.* Clemens Quintus in dicta Clem. Sæpe. voluit illas ſedare, ſed DD. ſtudio diſsidendi vt plurimum, permultas renouarunt: vnde Stat. PP. neceſſe fuit in illo foro ſancire amplectendam eſſe declarationem Clementis quo ad prædictas clauſulas: qui voluit ijs ſublatam eſſe neceſsitatem libelli porrigendi, & litis conteſtandæ: nec non dixit datam eſſe facultatem procedendi tempore feriarum ob neceſsitatem hominum indultarum, dilationum materiam amputandi, exceptiones, & appellationes dilatorias, ac fruſtratorias repellendi; partium, & aduocatorum nec non procuratorum conteſtationes, & iurgia, teſtiumq; ſuperfluam multitudinem reprimendi. Verum quia quandoque contingit

has

Digitized by Google

has dictiones ſeparari; non quidem in Conſtitut. aut Statut. in quibus ſolent coniungi, ſed certè in reſcript. Ideò quid ſingulæ ſignificent obſeruemus.

Summariè) hoc eſt breuiter, quæ breuitas diuerſis reſpectibus, & pro cauſarum natura introducta eſt, eaque in diuerſis partibus iudicij; vt obſeruauit *Specul. lib. 1. p. 1. de officio omnium iud. §. poſtremò* 8. Quandoque enim ſummariè proceditur, quia ommittitur libellus, & ſolummodo inſtrumentum, vel teſtamentum oſtenditur iudici. *l. fin. Cod. de edict. D. Adriani tollend.* ſic in cautione ab here de exigenda, *l. poſtquam* 5. *§. ſi dies.* 2. *ff. vt leg.* exemplum quoque habemus, *in l. fi. Cod. de rebus auth. iud. poſſid.* & in his cauſis in quibus ommittitur libellus, & alijs quas ſuis locis ſubijciemus, non exigitur cautio iudicio ſiſti ab eo qui nulla poſsidet immobilia, nam ſi ea tantum interponitur, vt poſsit deueniri ad ſententiam diffinitiuam, ne abſentia impediat, quemadmodum obſeruat Angel. in l. Iulianus, 11. num. 7. ff. qui ſatiſd. cog. certè in his cauſis non erit neceſſaria, cum poſsit ferri ſententia etiam contra abſentem, & remiſſa ſit ſolemnitas conteſtationis litis. Aliquando ſufficit petere, & ſolum iuramentum calumniæ ſubijcere, l. quædam 9. *§. Cæterum,* 3. *ff. de edendo.* In actione ad exhibēdum probationes remittuntur, & illarum loco ſupponitur iuramentum, *l. theſaurus,* 15. *in fine, ff. ad exhibendum.* Quandoque ſummariè dicitur procedi, quia ſufficiunt ſemiplenæ probationes, & quæ perducant iudicem ad primum gradum probationis, hoc eſt in eius animo ſuſpicionem generent: tres enim ſunt gradus, ſuſpicio, opinio, & credulitas, l. 1. §. ſed & 1. ff. de quæſt. vt ſi Prætor ſummatim cognoſcat de Carboniano edicto, & ſi videat ambiguam cauſam, hoc eſt, vel modicum pro puero facientem, dabit ei Carbonianam bonorum poſſeſsionem, l. Carbonianum. 3. §. cauſæ. 4. ff de Carbon. edic. Aliquæ dicuntur ſummariæ, quia breui tempore expediuntur, vt quando inquiritur in facta magiſtratuum qui ſucceſſores acceperūt, l. 1. Cod. vt omnes iud. tam ciuil. &c. Aut quia proceditur vna tantum parte pręſente, cum non magnum præiudicium generetur abſenti, vt cum fideicommiſſarius poſtulat decretum aduerſus abſentes; ſiuè certa ſit eorum voluntas recuſantium adire, ſiuè incerta: adeò præſentia eorum nō eſt neceſſaria, l. Recuſare. 6. ff. ad Trebell. Igitur ſummariè proceditur, cum aut ommittitur libellus, aut ſolum iuramentum præſtatur, aut remittuntur probationes, aut breuiantur tempora inſtantiæ, vt ex diſpoſitione ſtatuti PP. Rub. de modo, & forma proced. in cauſ. ſummarijs, 4. proceditur per viam qualis qualis petitionis, ommittitur conteſtatio litis, & dilationes conceduntur arbitrio Iuſdicentis inſpecta qualitate facti, & conditione perſonarum. Poſtmodum proceditur ad diffinitiuam ſententiam intra quindecim dies vtiles à tempore petitionis datæ niſi cauſa excederet quantitatem librarum centum, quia tunc dantur triginta dies, & à ſententijs ipſis poteſt ſemel tantum appellari, & hoc ſenſu accipiendæ ſunt clauſulæ appoſitæ in Stat. Conſtit. & Decret. vt de decreto Sabaud. obſeruat *Oſaſch. deciſ.* 1. Porrò diuerſæ ſunt cauſæ in qui-

D 2 bus

bus ſummariè proceditur, ſicut & cauſarum diuerſi articuli. Iuxta iuris communis diſpoſitionem in actione ad exhibendum, cum quæritur an alicuius interſit, id ſummatim cognoſcere debet Iudex, l. in hac. 3. §. ſciẽdum. 9. ff. ad exhibendum. ſic in edicto de liberis agnoſcendis ſummatim cognoſcitur an quis ſit filius, an verò quis ſit parens vt decernantur filio, aut parenti alimenta, l. ſi quis. 5. §. ſi vel parens. 8. ff. de liberis agnoſc. vel in edicto Carboniano, vt concedatur bonorum Carboniana poſſeſſio. l. 3. §. cauſæ. 4. ff. de Carbon. edic. Sic in edicto de ventre in poſſeſſ. mittendo Iudex ſummatim cognoſcit, an mulier ſit vxor, vel nurus eius cuius ſunt bona, & an ex eo prægnans ſit, l. 1. §. ſi ea. 14. ff. de ventre in poſſeſſ. mitt. Et ſi legatarius petat ſibi ſatiſdari cognoſcet ſummatim Iudex, num per calumniam ſatis petatur, l. ſi is. 3. §. nec non. 1. ff. vt in poſſeſſ. leg. Sic quando ſit controuerſia rerum quæ pignoris iure captæ ſunt, ſummatim cognoſcere debet iudex, an eius fuerint qui condemnatus eſt. l. A Diuo Pio. 15. §. ſi rerum. 4. ff. de re iudic. In liberali iudicio, ſi quis petat iudicium de teſtamento, debebit cognoſcere Iudex an id bona fide imploretur, l. ſi quis. 7. §. itẽ. 1. in fin. ff. de hæred. petit. Cum etiam deſideratur ſtipulatio, debet prætor ſuper ea re ſummatim cognoſcere, l. 1. §. quod ſi. 9. ff. de prætorijs ſtipulat. & in lege Aquilia ſufficit ſummatim oſtendere teſtes qui Chirographo ſe ſubſcripſerunt, in quo ſub condicione pecunia mihi debita fuerit, illos non poſſe eſſe eo tempore quo exiſtet condicio adhoc vt debeam vincere eum qui Chirographum debuerit. l. in lege 40. ff. de lege Aquilia. Summatim quoque cognoſcet Prætor an multum interſit ſcire quo iure quis ſit hæres, vt cogat eum reſpondere plenius, vtrũ res ſit ex teſtamento, & vtrum ſuo nomine ei quæſita ſit hæreditas, an per eos quos ſuo iuri ſubiectos habet, vel per eũ cui heres extitit. l. ſi defenſor. 9. §. Illud. 6. ff. de interrogat. & hi ſunt ferè articuli qui ſummariè cognoſcuntur ſecundum iuris communis diſpoſitionem, hoc eſt in quibus ſufficit generare aliquam ſuſpicionem in animo Iudicis. Sunt & cauſæ in quibus ſummariè proceditur, diuerſa tamen ratione: nihil enim de materia ordinis iudiciarij detrahitur, ſed tãtum res breuius expeditur. Vt in actione in rem aduerſus abſentem, & contumacem negotium actoris ſummatim diſcutitur, l. ſi quis. Cod. vbi in rem actio. l. 1. Cod. quorum appellar. & in cap. quoniam. 5. §. & ſi ſuper. extra, vt lite non conteſtata, & licet aliàs dilationes non poſſint abreuiari, niſi cauſa cognita, l. 2. ff. de re iud. tamen abreuiandi illa ſola eſt cauſa ſufficiens, quod cauſa debet agitari ſummariè. Non tamen procedetur hoc ipſo tempore feriarum, vt notat *Rebuff. in tractat. de ſentent. execut. art. 9. gl. 2. num. 17. tom. 1. comm.* Illud præterea addendum, aliquando ſummariè cognoſci ſuper incidentibus non magni ponderis, & quæ non penitus præiudicium adferant, ſi ſententia diffinitiua reuocata, & ipſa vnà reuocentur, de incidenti exemplũ habemus in Nouell. 91. cap. ſi verò, 6. de teſtibus, vbi ſi opponatur teſti ſeruilis conditio ſummariè ſuper ea cognoſci poteſt, dilata quæſtione in tempus diſputationis. In cauſa ſummaria exceptiones quæ altiorem requirunt

quirunt indaginem reijciuntur in aliud iudicium, ſi in eo tractari poterunt, vt notat *Bart. in Conſtit. ad reprimendum. §. ſummariè, num. 4.* quemadmodum in reſtitutione fideicommiſsi quęſtio de iure fideicommiſsi differtur poſt aditionem ne prius hæres decedens fideicommiſſarium decipiat. l. illi à quo. 13. §. quid ergo. 3. ff. ad S. C. Trebell. Cauſæ verò in quibus ſummariè proceditur ex diſpoſitione Stat. PP. recenſentur in Rubr. de quibus cauſis ſummariè cognoſcatur. 3. & *Stat. Med. cap. 25.*

De plano) vt loquitur Vlp. qui leuia crimina audiri à Proconſule de plano vult, l. Leuia. 6. ff. de accuſat. Proconſul etiam plura poteſt expedire de plano: vt obſequium parentibus, & patronis, liberiſque patronorum exhiberi iubeat: comminari etiam, & terrere filium à patre oblatum qui vt non oportet conuerſari dicatur: ſimiliter & libertum non obſequentē emendare aut verbis, aut fuſtium caſtigatione, l. nec quicquam. 9. §. de plano. 3. ff. de officio Proconſul. hæ enim ſunt breues lites, & maximè vilium perſonarum, vel cauſarum. Auth. niſi breues. Cod. de ſentent. ex peric. recitand. obſeruandum tamen quod de iure Canonico quandoque cauſa magni momenti, & perſonarum grauium agitatur de plano propter naturam negotij, quod nō in formam iudicij examinatur, ſed ſimplicis denuntiationis, vt eſt cauſa iuramenti, cap. Nouit. 13. in fine de iudic. vt & in cauſis regularium, quia non deceat Dei ſeruos inuolui litibus c. olim. 26. de accuſat. & cap. ſicuti 25. §. eo. & cap. ea quæ. 8. §. quod ſi Abbas. de ſtatu Monachorum, quia cum cauſa requirit facilius, & liberius poſſunt amoueri regulares. cap. qualiter. 24. in fin. de accuſat. cap. per tuas, 32. in fin. de ſimonia. Quid autem propriè ſignificet hæc clauſula colligitur ex Paul. in l. Vnius. 18. §. fin. ff. de quæſt. hoc eſt non pro tribunali, & in loco vbi redduntur iura, ſed vbique, & etiam ſtando, neque in loco eleuato; vt ſeruus dicitur facere opus de plano, hoc eſt in loco plano, ad differentiam eius qui machinæ ſuperimpoſitus operatur, l. ſi vt certo 5. §. ſed interdum, 7. ff. commodati. Vnde feriatis diebus poſſe accuſare maritum dixit Papin. in l. miles 11. §. ſexaginta, 6. ff. ad l. Iul. de adulter. quoniā de plano etiam libellus dari poteſt; & ideò non numerantur dies ſeſsionum, & in quibus pro tribunali redditur ius, l. vtiles, 2. §. dies. 1. & ſeq. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. In ſumma quicquid coram ſolo Iudice fit, poteſt expediri de plano, etiam ſi cauſa ſit plenè agitanda: vt in appellatione, quæ ſolum coram iudice interponitur, l. 1. C. de ferijs, relatione nuntiorum in termino aſsignato ad probandum, & ſimilibus, ſed etiam ſi aliquid faciendum ſit à iudice, dummodo non poſsit generare graue præiudicium litiganti. Igitur ſublata erit neceſsitas offerendi libellum, & neceſsitas obſeruandi dies feriatos, ob neceſsitates hominum, ac cognoſcendi pro tribunali, & litem conteſtandi. Statutum tamen Mediolani diſponit vt his clauſulis non ſit ſublata obſeruatio feriarum, cap. 125. *Gloſſ. in l. Cohæredi 41. §. cohæres, 6. verbo. Plane, ff. de vulg. & pup.* obſeruat quandoque verba iſta, de plano, idem ſignificare, quod ſimpliciter, fortè ſolēnibus prætermiſsis, vt præmiſimus.

Strepi-

Strepitu.) Iudiciorum ſtrepitus apud Iuſtinianum eſt, quando varia ineuntur certamina, & longo tempore lapſo fertur ſententia, l. ſi quis 33. Cod. de inoffic. teſtam. ſic ſtrepitum criminalem dixit Conſtantinus, in l. vbi falſi, 22. Cod. ad leg. Cornel. de falſis, hoc eſt acerrimam indaginem cauſæ: Iudicialis ſtrepitus meminit Pontifex in cap. fin. de ferijs. c. quondam. 24. de elect. & elect. poteſt. in 6. cap. vnico. de ſyndico. ſine ſtrepitu igitur proceditur cum ommiſsis varijs certaminibus breuiter res expeditur. Sic expediuntur denuntiationes aduerſus regulares propoſitę, ca. olim. 26. de accuſat. cap. ea quæ. 8. de ſtatu monach. & cauſa hæreſeos. cap. fin. de hæret. in 6. An autem in his cauſis in quibus procedendum eſt, ſine ſtrepitu poſsit denegari dilatio ad quærendum aduocatos, quę aliàs non conceditur l. Ab hoſtibus. 15. in fine, & l. Ait præt. in fine. ff. ex quib. cauſ. maior. ſi quis quærat, reſponderi poterit cum Bar. poſſe denegari, *in Conſtit. ad reprimendum, §. ſine ſtrepitu, num. 3.* Ego tamen aliter ſentio, & affirmo non poſſe denegari, quod mihi ſuadet Clemens, qui in repetita Clemen. Sępe, dicit poſſe reformari, non inhiberi contentiones aduocatorum, & in cap. ſtatuta. fin. de hęret. lib. 6. non dicit poſſe procedi abſq; aduocatis, ſed abſque ſtrepitu aduocatorum: ſi enim in cauſa quantumuis ſummariè, & ſine figura iudicij agitanda non debent tolli iuſtę defenſiones, iam ſępius repetita Clem. neque certè denegari poterit defenſio aduocatorum, qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuęque defenſionis viribus in rebus ſæpè publicis, ac priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quam ſi prælijs, atque vulneribus patriam parenteſque ſaluarent, l. Aduocati, 14. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic. Igitur non aduocati, ſed ſtrepitus aduocatorum inhibebitur: vt propterea ſi quis contendat aduocatos debere audiri in pleno auditorio, & congrediẽtes, poſsit Iudex id denegare: magis enim hoc ad ſtrepitum, quam ad iuſtam defenſionem pertinet. Illud præterea obſeruandum, vigore huius clauſulæ poſſe litigatorem alloqui Iudicem ſecretò, & admoto ore ad aures, citra recuſationis anſā, vt notat *Rebuff. in tract. de ſentent. exec. art. 9. gl. 2. nu. 27. to. 1. com. pag. 236.*

Figura iudicij) de qua loquitur Iuſtin. in l. vnic. §. ſimilique 10. C. de lat. lib. toll. eſt ordo iudicij. l. Prolatam. 4. Cod. de ſentent. & interlocut. omn. iud. nimirum libellus, litis conteſtatio, dilationes, probationes teſtium, iuramentum, ferię, citatio, præcitata Clem. ſępè. de verb. ſignific. Vnde verè notat Io. And. formulam, *ſine figura iudicij*, comprehendere tres pręcedentes: propterea qui procedet ſine figura iudicij omittet libellũ, non tamen qualem qualem petitionem, quę ex diſpoſitione noſtrarum Conſtit. in tit. de Iudicijs. §. libellus, in locum libelli ſucceſsit, cum ſententia ferenda ſit iuxta petitionem, vt dicitur in dicta Clem. & congruit dictũ Ieſus in lib. Reg. cap. 3. Mulier vbi eſt qui te accuſat: & coram Salamone, mulier ſuam petitionem propoſuit, cap. afferte mihi. de Pręſũpt. Sufficiet vnica citatio, vt notat gl. in Clem. Sæpè. in verbo, citationem, cum in alijs cauſis requiratur trina, vel peremptoria. cap. Quoniam 5. §. porrò.

porrò. de lite nō conteſt.cap.de illicita,6.24.q.3.At ex forma Stat. Med. cap.5.requiritur etiam citatio peremptoria. Non tamen per hanc clauſulam cenſetur ſublatum iuramentum calumniæ, quod præſtatur in tota cauſa, cum ſit inductum de iure naturali,& diuino. cap. & ſi Chriſtus. 26. de iure iurand.& Exod.cap.22.notat *Seraph.de iuram.priuileg. 22.num.67.* & ideò non remittetur iuramentum teſtium à quibus certa,& concludes deſideratur depoſitio, quemadmodum procedit in cauſis quibuſvis ordinarijs: in hoc enim nulla conſtituenda differentia inter has, & illas cauſas, vt plenè probat *Gratian.deciſ.March.68.* & quia non debet præcludi via parti ad ſe defendendum, ideò concludit Bart. non eſſe ſublatam publicationem teſtium. Præteriri poterit conteſtatio litis,& reliqua,nō tamen citatio, ne tollat defenſionem, quam vnicuique natura tribuit, quam prærogatiuam non præripuit Deus Adæ reo criminis, dum dixit, vbi es Adam. An verò poſſint litigantes his renuntiare, puta citationi, probationibus, aut debitis dilationibus, non crediderim: quoniam non ad fauorem partium, ſed propter vtilitatem publicam introducta ſunt, ne homines facilius ad delinquendum,& res alienas rapiendum inuitentur: fuit enim celebris doctrina *Innoc.in cap.de cauſis 4.num.6.de offic. & poteſt.iud.deleg.* partes non poſſe renuntiare ijs quæ commodum publicum reſpiciunt; ſecus verò in ijs quæ ad priuatam vtilitatem tendunt, cuius generis eſt terminus liti decidendæ præfixus, cap. de cauſ. 4. de officio deleg. ei enim renuntiari poteſt prorogando: ſic ferijs vindemiarum, & meſſium renuntiari poteſt, & in ijs audiri ſententia; introductæ namque propter domeſticas occupationes, l.1.ff.de ferijs. Notant per huiuſmodi clauſulam licere Iudici etiam ſtando ferre ſententiam, *Gratian. diſceptat. forenſ.cap.322.num.24.*

Ipſa facti veritate inſpecta.) Hoc eſt non ſecundum ordinem rerum geſtarum, l.Illicitas.6.§.veritas, 1.ff. de officio Præſid. & æquitatem tātum ſibi ob oculos ponendo, l.quod ſi 4.ff.de eo, quod certo loco, & omiſsis formularijs quibus non indiget veritas,& vt cum Alex. Pontifice loquar in cap.dilecti.6.de iudicijs, factum ipſum ſimpliciter, & purè inueſtigando,& non ſubtiliter inquirendo cuiuſmodi actio intentetur: dum tamen aliqua competat quoniam non poſſet Iudex vigore huius clauſulę admittere agentem ex pacto nudo, vt notat Myſing. loco mox citando. Maximè quia æquipollet præcedenti clauſulæ *ſine figura iudicij*, vt notat *Aſin.* multos congerens, *iudiciorum praxis.§.3.cap.4.* imò,& omnibus alijs clauſulis ſimul iunctis: *ſummariè ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij*: ita ex aliorum ſententia obſeruante, *Myſing.cent.2.obſeru.44.* Quare poterit Iudex pronuntiare ex aliqua cauſa probata, non tamen in libello propoſita, vt concludit *Marſil.ſing.272.num.2.Georg.de Cabedo,p.1.deciſ.72.nu.3.* quæ quidem procedere autumant licet formiter fuerit libellus porrectus, dumtamen non ſit renuntiatum ſummario iudicio, *ibid.num.* 5. nec mirum: cum hæc obſeruātia à iure ciuili proceſſerit, l.habebat, ff. de inſtit.l.1.ff.ſi menſor falſum modum dixerit, & ob eamdem rationem poterit

Digitized by Google

terit Iudex condemnare ad præſtandum æſtimationem rei quamuis ſola res fuerit petita, ita in ſpecie declarat *Gramm. deciſ. 19.* Cauſæ porrò quæ hoc modo tractantur in hoc ſtatu ex diſpoſitione Conſtitut. recenſentur in hoc titulo, & eis adduntur daciariæ, & concernentes cauſam vectigalium in tit. de offic. Referend. in fine. Item omnes illæ quæ ventilantur coram Exc. Sen. quoniam in ſupremis tribunalibus ſubtilitates iudiciorum reijciuntur: ita in Sac. Reg. conſil. ſeruari notat *Gramm. deciſ. 19.* & de Curia Parlamenti Delphinatus idem teſtatur *Guido Papæ q. 58. & 369.* & de hoc extat ordinatio Cameræ Imperialis teſte *Myнſing. cent. 4. obſer. 62. Gayl. pract. obſer. lib. 1. obſer. 75. num. 5. & 6. & obſer. 45. num. 2.* vices enim Principis ſuſtinent, & ideò ad puram veritatem reſpiciunt poſthabitis apicibus iuris *Surd. conſ. 166. nu. 7.* & immo commiſsiones faciunt tributa facultate cognoſcendi ſola facti veritate inſpecta, vt idem *Guid. Papæ teſtatur, q. 198.* In foro Eccleſiaſtico omnes cauſæ beneficiales hoc pacto tractantur. Porrò in his, & ſimilibus quæ agitantur ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, plura omittuntur quæ aut ius ciuile, aut ius conſuetudinarium, ſiue ſcriptum ſit, ſiue non ſcriptum præſcribit, vt notat *Roman. conſil. 497. num. 9.* quem ſequitur *Dec. conſil. 449. num. 5.* alios cumulat *Georg. de Cabedo p. 1. deciſ. 72. num. 2.* ijs quę à iure naturali introducta ſunt in ſuo robore manentibus: vt propterea diximus citationem non eſſe omittendam, non legitimationem perſonæ fundatam ſuper iure naturali, vtpotè an procurator habeat mandatum, ne factum non habentis mandatum alijs prę iudicet contra iuris naturalis ęquitatem l. ſi quis ſuo. 32. §. legis antem. 1. Cod. de inoffic. teſtam. factum enim vnicuique ſuum non alteri nocere debet l. factum. 155. ff. de diuerſ. reg. iur. & non debet quis alterius odio prę grauari cap. non debet. 22. de reg. iur. in 6. conſenſus verò patris in filiofamilias, militibus exceptis, & ſi quę ſunt alia à iure ciuili introducta remittuntur. Remittetur igitur libellus, vt diximus, & litis conteſtatio quę à iure ciuili introducta eſt. Cod. de litis conteſt. eius tamen effectus non erunt ſublati; quòd procurator fiat dominus litis, quòd dentur poſitiones, & articuli proponantur *Rebuff. in tract. de ſentent. execut. art. 9. gl. 2. num. 35.* ſic dilationes poterunt breuiari, vt fuit deciſum in Rota, & obſeruat *Roman. ſing. 792.* quæ duę dantur de iure canonico: vna ad faciendum poſitiones, & articulos, altera ad producendum omnia quæ partes voluerint dicta Clem. Sepè. De iure ciuili vnica tantum ad probandum l. fin. ff. de ferijs, de quibus ſuo loco plenius dicemus. Teſtes quoque non citati admittentur. *Rebuff. loco cit. num. 37.* à parte tamē requiſiti, alioqui ſuſpecti eſſent, qui operam ſuam ingererēt inuocati. l. quę omnia, 15. ff. de procur. iurabunt tamen vt diximus, & eorum dictis Iudex fidem adhibebit ſi neceſſario concludent, quicquid dicant recenſiti à *Marſ. ſing. 494. num. 3.* quia contrarium verius eſſe probauit *Gratian. dicta deciſ. March. 68.* omittetur quoque concluſio in cauſa; at non publicatio teſtium cap. fin. de hęret. in 6. licet de hac re valdè dubitet *Aſin. prax. Iud. §. 3. cap. 10.* illud tamen quidam animaduertunt, publicationem petēdam eſſe à parte,

te, ſed aliter mihi videtur cum Pontifice in cap. qualiter, & quando 24. de accuſat. vbi dicitur exponenda eſſe illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt is contra quem facienda eſt inquiſitio facultatem habeat defendendi ſe ipſum, & non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium, vt quid & à quo ſit dictum appareat, publicanda, nec non exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per ſuppreſsionem nominum, infamandi: per exceptionum verò excluſionem, deponendi falſum, audacia præbeatur. Poterit quoque iudex in his cauſis iubere rem capi, & ita initium ſumere ab executione, exemplo Salamonis dicentis, Affer te mihi gladium. cap. Afferte. de præſumpt. notat Rebuff. loco citato, nu. 43. Amplius poterit Iudex ordine præpoſtero cognoſcere ſuper exceptionibus dilatorijs, & peremptorijs, quia ordo inductus fuit à iure ciuili, l. Peremptorias, 2. Cod. ſentent. reſcind. nõ poſſe. l. Prolatam. 4. C. de ſentent. omnium iud. Demum poterit Iudex properare ad expeditionẽ cauſæ non obſtante exceptione attentatorum, vt perpenſa illorum natura latè probat *Lancellot. de attent. in præfat. à num.* 45. ſequitur *Gratian. allegata deciſ. Marcb.* 68. *num.* 19. Idem de except. ſpolij notat *Dec. conſil.* 449. *num.* 21. multos citat *Surd. conſil.* 166. *num.* 8. Hoc amplius animaduertendum cauſas poſſe committi addita huiuſmodi clauſula, ab ijs tamen qui habent omnimodam iuriſdictionem, licet recognoſcant ſuperiorem, vt propterea non poſsit apponi à delegato, niſi illam ſibi arrogaret natura cauſæ, & conditio perſonarum, vt concludit *Gabriel ex comm. DD. ſententia lib. 6. concl. 6. de clauſ. Marſil. ſing.* 102. *num.* 2.

Ad §. Cauſæ.

I*Nſtantiam non habeant.*) alioqui haberent: præualuit enim opinio eorum, qui exiſtimarunt, cauſam quantumuis ſummariam, & inordinatam habere inſtantiam: eo quia inſtantia tendat ad eundem finem, breuiorem nimirum exitum cauſæ, l. properandum. 13. Cod. de iudicijs, & ſecundum hanc conſuluit *Socinus ſen. conſilio 95. per totum, volumine primo*, qui, & rationes, & authores hanc partem ſequentes refert. addas *Albam conſilio 96. numero* 70. Et quamuis *Afflict. in Conſtitut. Regni, libro primo, titulo* 39. *numero* 8. limitet præcedentem concluſionem, quando Iudex non eſt pronuntiaturus, non tamen omninò affirmatiuè loquitur.

E De

De officio Referendariorum. *Titulo 15.*

Sect. ſi contingat vectigalia.

H*Ae licitationes.*) Quanto tempore debeat ſtare venalis res fiſci, non eſt aliqua lege determinatum: tamen gl. ad l. 1. in verbo, præſtituta, quam in hoc adfert *Menoch.* verba faciens de hac Cõſtit. *de arbitr. caſ. 129. in fine*, cenſet fuiſſe præſtitutum tempus viginti dierum, ad inſtar rerum Eccleſiæ, quæ per tãtum temporis ſpatium publicè venales ſtant, authent. Hoc ius porrectum. Cod. de ſacroſanctis Eccleſ.

§. *Cognoſcant inſuper.*

C*Ontra debitores publicanorum.*) Iuriſdictio tributa Referendarijs cognoſcendi de cauſis motis contra debitores publicanorum exercenda eſt cõtra eos debitores, qui debitum contraxerunt tempore, quo creditores erant publicani: quemadmodum dicitur Conſtit. Principum nõ militum teſtamenta, ſed quæ à militibus facta ſunt confirmari, l. Titius, 25. ff. de teſtamento militis. facit quod ex Raphaele Cumano annotat *Straaba de decoctorib. p. 4. num. 20. & ſeq.* quod ſi lege municipali mercatoribus creditoribus contra fugitiuos debitores priuilegium tribuitur, interpretandum eſſe, quod ſint mercatores tempore contracti debiti, & fugæ.

De Monetis. *Titulo 18.*

F*Abricauerit.*) His Lege Cornelia impoſita erat pœna falſi, l. lege Cornelia, 9. ff. ad leg. Cornel. de falſ. *Alex.* conſulit pœna huius conſtitutionis non teneri fabricatorem minutulæ monetæ *conſil. 104. num. 7. vol. 1.* & authoritate prædicta *Boſſius* narrat ſe liberaſſe duos à pœna mortis, qui in viridario magno caſtri portæ Iouis cudebant quadrantes *tit. de falſa moneta, num. 4.* probat *Teguer. deciſ. 86. num. fin.* certè pœna ignis plectuntur ſolum ij, qui nummos aureos, & Cæſareos adulterauerint, quemadmodum notat *Couarr. cap. 8. num. 3. verſ. ego verò de collat. veterum numiſ.*

Fabricare inchauerit.) etiam tingendo monetam argenteam, quæ tamen niſi tincta fuiſſet non potuiſſet expendi, vt contigit anno 1623. 21. Nouembris. Senatus enim pœna Conſtitutionum condemnauit duos Gallos, qui extra dominium fabricauerant duplas Hiſpaniæ, ſed argenteas, & mox illas Mediolani in hoſpitio tinxerant: quod ſi tinxiſſent pecuniã

argen-

argenteam iam formatam,& expendibilem,nõ ita fuiſſet ſancitum: quia tunc tinctura conſideratur ſeparatim à fabricatione,vt facit, I.C.L.quicunque,8.ff.de lege Cornel.de falſ.*Salyc.l.ſi quis,num.2.verſ.oppono.2.Cod. de falſa moneta. Boſſ.eo.tit.num.9.*

Monetam.) Intelligendum eſt de moneta, quæ expendi ſoleat in hac regione: alioquin ſi quis fabricaret monetam exteram,& nullius vſus in his partibus non credit *Alex.* eum comprehendi huius Conſtit. diſpoſitione *in conſil.104.lib.1.Peguer.deciſ.46.num.*15.mouetur Alex. ea ratione, quod ſtatutum loquens de moneta, intelligendum ſit de moneta ibi expendi ſolita,ſequitur *Grat.conſil.*151.*nu.*24.*p.*2.

Non perfecerit.) Alias qui falſam monetam percuſſerant, ſi id totũ formare noluerunt,ſuffragio iuſtæ pœnitentiæ abſoluuntur, *l.qui falſam,* 19. *ff.de lege Cornel.de falſ.*alioqui ſi non perfecerit quia non potuit,nihilominus punitur,*Menoch.de arbitrar.caſ.*316.*num.*23.*& ſeqq.* ex mente multorũ, & præſertim *Gram.deciſ.*74.*per totam*,id obſeruat,& locum hunc ita declarat,ego tamen ſuſtineo aſſenſum,quia verba Conſtit.ſunt ita clara,vt videantur vtrunque ſenſum comprehendere.

Pœna ignis.) Iam multo ante à Conſtantino impoſita in l.ſi quis 2. Co. de falſa moneta,& quod amplius eſt committunt crimen læſæ maieſtatis qui nummos falſa fuſione formauerint ſui Principis, vt ibidem colligitur,& ll.Hiſpaniæ fuit ſancitum teſte *Couarr.ca.*8.*nu.*3.*collat. veter. numiſm.* de conſimilibus Conſtit.meminit *Menoch.de arbitrar.caſ.*316.*nu.*12.*& ſeqq.* In Gallia aqua feruente, ſeu bulliente ſuffocantur, & in Principatu Cathaloniæ huiuſmodi delinquentes ſummo afficiuntur ſupplicio, refert *Peguera deciſ.*46.*num.*8.*&* 9.

§. *Eadem pœna.*

D*Iminuere.)* Iure communi quicunque nummos aureos partim raſiſſet,partim tinxiſſet,vel finxiſſet: ſiquidem liber erat, ad beſtias dabatur,ſi ſeruus ſummo ſupplicio adficiebatur,l.quicunque, 8.ff. de lege Cornel.de falſ.& huiuſmodi pœnas ſolere infligi ex præſcripto illius legis omnes communiter fatentur,vt eorum meminit *Peguer.deciſ.*86.*numero* 2. intelligique legem nedum de aurea moneta,ſed etiam argentea, & ærea notat Idem *Peguer.num.*3.In Principatu Cathaloniæ eamdem pœnam fuiſſe præconizatam teſtis eſt *Peguer.deciſ.*46.*num.* 10. quia ad ſolum Principem ſpectet ius mutandi,minuendi,vel augendi monetam.vt *ibid. num.* 11.& per Conſtit. Regni vltra pœnam vltimi ſupplicij publicantur bona *Conſtit.lib.*3.*Rubr.*40.*§.qui nummos.vbi Afflict.* Quid dicendum de eo qui diminuit pecuniam grauiorem, & reducit ad iuſtum pondus? num veniat puniendus: minimè quemadmodum probat *Alc. lib.*7 *conſilio* 14. vt enim licet addere monetæ leuiori vt iuſtum pondus reddatur, ita & è contra licitum erit tollere de grauiori, vt ad iuſtum pondus reducatur;

neque dicetur moneta diminuta quæ adhuc ponderis iuſti eſt, & eiuſdem ſententiæ fuiſſe Marſil. atteſtatur *Menoch. de arbitrar. caſ. 316. numero 36. & ſeqq.* eis tamen minimè adhæret, & rationibus cumulatè reſpondet. Pro ſententia Marſilij, & Alciati adduco *Grat. conſilio 72. libro primo*, & cum eodem conuenire Beneuentum Stracham obſeruat *Vrſill. ad Aſſlict. deciſ. vlt. numero 6.* malè tamen in eo, quia exiſtimauit Gratum contrarium affirmare, nimirum puniri talem de falſo, cum claris verbis contrarium determinet, & ſuſtineat ipſum in nihilo delinquere.

§. *Expendens.*

P*Vniatur.*) *Boſſius in tit. de falſa moneta*, animaduertit ad pecuniariam pœnam redigi.

Quantitatis monetæ,) quia ſi ſit exigua leuiuſculè punitur, *Farinac.* ex mente aliorum, *in conſilio 106. num. 23. libro 2.* Idem notat *Peguera deciſio. 86. numero fin.*

§. *Interdictum.*

V*Sque ad mortem.*) quæ in ordinationibus antiquis abſolutè ingerebatur, vt teſtatur *Boſſius in titulo de falſa moneta, num. 70.* ſubiungẽs inſtrumenta ad falſam monetam fabricandam reperta in domo hominis famæ malæ ſubminiſtrare inditia ad torturam, ad hoc vt poſsit cognoſci an conſcius fuerit huius criminis.

De officio, & iuriſdictione diuerſorum Iudicum. *Titulo 20.*

Donec ſatiſdent.) quod etiam in Regno receptum eſſe teſtatur *Paris de Puteo in tract. de ſyndic. cap. 1. num. 5.* quod *Hering. de fideiuſſ. cap. 10. nu. 215.* adducit in argumentum ad comprobãdum contractum locationis non reſpuere fideiuſſores. Porrò Conſtitutio habebit locum non ſolum in officialibus, qui munus commiſſum ſponte ſuſcipiunt, ſed etiam in illis, qui ſuſcipere compelluntur: id enim fuiſſe reſcriptum ab Imp. Antonino, & Vero legimus apud Papir. in l. Imper. 38. ff. ad municipalem: voluerunt ſiquidem, & ſponte officium adgnoſcentes, & eos, qui compulſi magiſtratu funguntur, cauere debere; & licet hodie id rarò contingat, ſi tamen eueniet caſus ſciant ſe poſſe cõpelli per bannum, & carcerationem *Viui. deciſ. 144. num. 1.* Sed, quid ſi officialis non inuenerit fideiuſſorem, eo quia ſit exterus? Hanc quæſtionem à quãpluribus excitatam, tractauit ẽt *Marſil. in repet. Rubr. de fideiuſſ. num. 166.* & affir-

Digitized by Google

affirmatiuè determinauit; quoniam vidit ita in ſimili fuiſſe conſtitutum ab Imp.Iuſtin. in auth.Generaliter.Cod.de Epiſcop. & Cleric. deſumpta ex Nouel.112. c.2.nam eo loci voluit actorem,libellũ porrigentem,actis interuenientibus fideiuſſorem idoneum periculo cõpetentis officij præſtare,quod vſque ad finem litis permanebit, eamq; vel per ſe,vel per procuratorem exercibit &c. ſubiungit autem fideiuſſorem dare non valentem,iuratoria cautione ſatisfacturũ:ex quo intelligimus iuratoriam cautionẽ ſuccedere in locũ fideiuſſionis à lege requiſitæ, vt quampluribus alijs ſimilibus probat *ibid.Marſil.*qui *nu.ſubſeq.* cũ multis alijs excipit perſonam illius,qui aliàs præſtitit iuratoriã cautionem,& peierauit,nec ſeruauit promiſſa *Hering.de fideiuſſ.c.*18.*nu.*114.& in eo capite multos recenſet caſus in quibus non admittitur iuratoria cautio. Hodie arbitror in deſuetudinem abijſſe iuratoriam cautionẽ quo ad noſtrum caſum,& nullum admitti ad officium niſi ſatiſdederit.

§.Omnes Iudices.

O*Mnes iudices*) Adeo cordi fuit conſtituentibus, deſiderijs terminãdi quamprimum lites, vt voluerint compellere iudices ad reſpondẽdũ iuſto illorũ deſiderio,etiam metu pęnæ.Hic autẽ dubitare contingit, an ſimul & ſemel incurrant in pęnã periurij: cum enim ſtatutis particularibus ciuitatum inſtãtia cauſſarum determinetur,quorum obſeruationi ſe obſtringunt officiales,proprio iureiurãdo interpoſito, ſi ad vngnẽ formam illam non ſeruant, dicent aliqui ipſos violare religionem iuriſiurandi. Ad interrogationem factam crederem reſpondendum cum diſtinctione,aliud eſſe loqui de pœna nominatim impoſita à Nou.Conſtit. aliud de ea quæ venit declaranda propter inobſeruantiã iuramenti: differentiæ ratio illa eſt,quoniam in primo caſu non admittitur aliqua interpretatio,& conſideramus purè factum, ſecus verò in alio caſu: vnde, quando dicimus iudicem non terminaſſe cauſſam intra tempus inſtantiæ,conſequenter fateri cogimur eumdẽ incurtiſſe in pœnã à Nou. Conſtit. irrogatam: non tamẽ inde licebit inferre eumdẽ factum periurũ: nã iuramentum illud recipit multas interpretationes,& inter alias, hãc cuius meminit *Bald. ad l. & ſi ſeuerior* 3.*nu.*9. *Cod. quibus ex cauſ. infamia irrogetur*. quòd ſcilicet iuramentum magiſtratus intelligendum ſit ſecundũ æquitatem, & non præciſè: vnde quemadmodũ poteſt iudex pęnã à ſtatuto impoſitã alterare augendo,vel minuẽdo: iuxta obſeruationẽ Bald.approbatã à *Tut in tract.de ſynd.in verbo.iuram.n.*8. *& ſeq.* ita etiã poterit expeditionẽ cauſſæ protelare, æquitate exigente, authoritate tamen Sen. qui voluit ſibi reſeruare facultatẽ prorogandi inſtãtiã cauſſarũ, quotiẽs Iudices ante illius lapſum,allegant legitimam cauſſam differendi, vt cõſtitutũ fuit; : lib.2. tit. 2. de iudicijs. §. ſed omnes verſ. Quod ſi iudices. Hodiè verò ex forma ab eodẽ Sen.pręſcripta ſufficit Iudicẽ proprio iureiurando allegare impedimentũ in genere. *§. Sciant omnes.*

In cauſis

In cauſis eiſdem delegatis.) Admonent hoc loco Conſtituentes, non eſſe reſpiciendum ad corticem verborum, ſed quidem ad naturã cauſæ, quando quæritur num iudici ordinario debeatur ſalarium: etenim ſi cauſa ad ipſum ſpectat iure ordinario, licet ſuperior eamdem deleget, non tamẽ poterit prætendere ſalarium, eo quia non ſit delegatio propriè dicta, ſed tantum iuriſdictionis excitatio.

§. *Officia omnia.*

ET *non per ſubſtitutum.*) Conſonat cap. 29. Regis Alphonſi, quoad ſeruitium per ipſummet electum præſtandum, diuerſimodè tamen excipit caſus impedimenti, vt ibidem videri poteſt. Id autem ſumma ratione ſancitum: intereſt enim Principis ſcire ad quem officia transferãtur, per quem poſsideantur, & exerceantur. *Franc. à Ponte deciſ.* 28. *numero* 47. Poterit autem in dubium reuocari, num per mortem officialis expiret iuriſdictio ſubſtituto attributa: *Giurba deciſ. 9. num.* 4. affirmatiuam adſtruit, eo quia is non haberet aliunde ſuam iuriſdictionem, ſed ab ipſomet officiali, quæ ratio expreſſa legitur in cap. 1. de officio Vicarij in 6. Id etiã probauit *Couar. pract. qq. cap. 4. num.* 4. ſubſcribit *Morla empory iuris, p. 1. tit. 2. q. 27.* Hæc etiam procedunt officiali per excommunicationis ſententiã impedito, vt in dicto cap. 1. de officio Vicarij in 6. Id tamquam ſingulare notat *Roman. ſing. 632. Maranta in praxi, p. 4. diſt. 5. num. 75. Menoch.* de Vicario verba faciens, *conſil. 414. num.* 5. quod non placuit *Maſtril. de Magiſtr. lib. 1. cap. 29. num. 38. & ſeq.* quia ſupponit locum tenentem, in hoc propoſito, non differre à delegato, cum tamen in eo differat, quod ius dicit in eodẽ tribunali: vnde videtur ſimilis Vicario, ſeu vices gerenti, de quo loquitur tex. in d. cap. 1. de officio Vicarij in *6.*

Contrarium affirmauit *Alber. ad l. quæſitum* 12. *in fine, ff. de tutel.* quoniã fuit eius ſententiæ, vt ſubſtitutus deberet perſeuerare vſque ad finem officij, id quod approbauit *Boer. deciſ.* 149. *nu.* 14. (ſed eatenus tamen quatenus promdereretur de alio officiali) *Molin. de primog. lib. 1. cap. 25. numero 8. verſic. Contrarium tamen. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. cap. 29. num.* 31. fundamenta huius opinionis ducuntur à dicta l. quæſitum, & l. meminiſſe, ff. de offic. Proconſ. ſed neutra illarum ad rem facit: in illa datus fuit tutor à Iudice; in hac Iudex ordinarius perſeuerabat in aduentum ſucceſſoris, & ita non poterat dici extinctam iuriſdictionem, quemadmodum contingit in locumtenente, mortuo ipſo officiali.

§. *Hæc tamen.*

ET *Iuſque Vicarium.*) ſupra Tit. 12. de officio Capitanei Iuſtitię, §. Eligetque dara fuit facultas Capitaneo eligendi Vicarium, & eundem retinendi donec ſibi placuiſſet: hodie tamen ex ordinibus Vormatię durat per totum illud tempus, quod durat officium Capitanei.

Con-

Conſtitut. lib. 2. Titulo Primo.

De Tutelis.

M*Atre, vel auia.*) Cæteris mulieribus interdictum ſubire officium tutelæ auth. Matri, & auiæ. Cod. quando mulier tutelę officio fungi poteſt, nam tutelam adminiſtrare, virile munus eſt, & officium vltra ſexum fœmineæ infirmitatis, l. 1. Cod. eo. l. tutela, 16. ff. de tutel. Proinde dicebat Modeſtinus, ſcire oportere magiſtratus, quod curatrices minoribus mulieres non creabunt, l. ſcire, 21. ff. de tutor. & curat. dat. & Neratius ſcribebat fœminas tutores dari nō poſſe, quia id munus maſculorum eſt, niſi à Principe filiorum tutelam ſpecialiter poſtulent, l. fin. ff. de tutel. Abſurdum enim eſſet eam vim, & poteſtatem in caput liberum dari mulieri, quæ ipſa propter ſexus ſui infirmitatem olim erat in perpetua tutela, & propter forenſium ignorantiā apud Vlp. tit. 11. de tutel. Videmus etenim neminem neque fratrem, neque alium legitimum in tutelam, ſiuè ingenui, ſiuè liberti vocari antequam quintum, & viceſimum ſuæ ætatis annum impleat, cui enim, inquit Iuſtin. ferendum eſt eumdem eſſe tutorem, & ſub tutela conſtitui? & itorum eumdem eſſe curatorem, & ſub cura agere? Hæc certè nominum, & rerum fœda confuſio eſt, l. nemo 5. Cod. de legitim. tutel. Addo quod eſſet à ſexus verecundia alienum, ſi tutelæ obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruerent, & virorum conuentibus, vel iudicijs intereſſe cogerentur, vt loquitur l. maritus. 21. Cod. de procurat. propter quam cauſam non ſolum iudices fieri non poſſunt, aut magiſtratum gerere. l. 2. ff. de reg. iur. ſed neque arbitrium ſuſcipere inter libertos l. vlt. Cod. de recept. arbitr. neque procurationem, l. 4. l. alienam. 18. C. de procurat. neque argentarij officio fungi, l. fœminæ. 12. ff. de edendo.

Denunciare matri.) Ante tempora Iuſtiniani non erat neceſſaria hæc denunciatio, poſteaquam temporibus Valentiniani matres tunc demum petendæ tutelæ ius habebant, cum tutor vel teſtamentarius, vel legitimus defuiſſet, vel priuilegio à tutela excuſatus, vel ſuſpecti genere ſummotus fuiſſet, vel ne ſuis quidem pro animi, vel corporis valetudine adminiſtrandis facultatibus idoneus inuentus fuiſſet, l. 2. Cod. quando mulier, &c. quæ neque etiam admittebantur ante illa tempora, niſi à Principe filiorum tutelam ſpecialiter poſtulaſſent, l. fin. ff. de tutel. At hodie cum matri, & auiæ ſecundum ordinem tutelam etiam ante agnatos ſubire permittatur auth. Matri, & auiæ. Cod. quandò mulier, &c. omninò neceſſaria eſt huiuſmodi denunciatio: ad ponendum legitimos tutores in negligentia, quibus alioqui iure communi inſpecto non poterat quicquam imputari. *Surd. deciſ. 48. num. 6.* Per huiuſmodi autem denuntiationem ſublata remanet quæſtio illa ab Odofred. & Dyn. examinata, & à

Cyn.

*Cyn.relata in dicta autheut.num.*7.an mater præferatur tutori dato à iudice, vbi conſiderabat Odofr.an mater eſſet in mora petendi tutelam necne: an verò ipſa ſciente & tacente datus ſit: ſi enim expectanda eſt eius reſponſio ceſſabunt hæ diſtinctiones.

Quæ ius commune requirit.) Mater vel auia tutelę munus recepturæ, fatebantur actis ſacramēto præſtito ad alias nuptias nō venire, & res ſuas ſupponere, ac obligare, l. 2. Cod. quando mulier. l. ſi mater. 6. Cod. In quibus cauſis pignus tac. contrah. Nouell. Vt ſine prohibitione matres, 94. cap. 1. & amplius Sen. Conſ. Velleiani auxilio renunciabant, auth. Matri, & auię. Cod. quando mulier, &c. nec non omni alio auxilio, ſuamq; ſubſtantiam ſupponunt, l. fin. Cod. eod. Sacramentum autem hodiè non exigitur, ſed contractis ſecundis nuptijs expelli eam à tutela conuenit: ſalua minoribus omni alia (prout iuris eſt, cautela. auth. ſacramentum, C. eod. quia videret Iuſtin. Imp. toties pręuaricatam legem, & iuſiurādum periurum datum, quoties penè datum eſt. Nouell. Vt ſine prohibit. 94. cap. Quia verò. ſecundò vnde deſumpta eſt auth. ſacramentum. Circa hanc commentationem quęri poteſt, an tutela matri permiſſa dici poſſit legitima vel datiua; & an quandoque ſit teſtamentaria: Hęc quęſtio longo apparatu agitatur ab interpret. vt videre licet apud Cyn. & Alber. in dicta auth. matri. Ego non inſiſtam eorum veſtigijs, ſed breuiter dicā quid ſentiendum ſit. Illud in primis ſciendum, tutelam hanc neque teſtamentariam, neque legitimam propriè dici, ſiuè eius initium inſpexerimus, ſiuè progreſſum, & effectus: nam omnes illæ ſunt neceſſarię, & citra legitimam excuſationem non recuſantur; hęc autem eſt volontaria, l. 2. Cod. quando mater, &c. *Dec. conſil.* 16. *num.* 2. Non etiam teſtamentaria propriè eſt, quia tutor datus, vetari tutor eſſe poteſt, vel teſtamento vel codicillis, l. Tutor. 8. ff. de teſtam. tutel. non ità mater: quia pater non poteſt in teſtamento adimere facultatem ab Imperatore conceſſam, & in hoc allegatur conſil. Bald. non tamen reperire valui, ab eo qui conſcripſit remiſsiones in dict. auth. Non etiam legitima iudicari poteſt, quoniam non permittitur officium tutelę, quia ad ipſam ſpectet ſucceſsio, quod ſumma prudentia cautum fuerit leg. 12. tab. vt qui ſperarent ſucceſsionem, ijdem tuerentur bonà ne dilapidarentur, l. 1. ff. de legit. tutel. ſed quia mater. *Alex. conſil.* 9. *num.* 5. *lib.* 3. lex enim de eius charitate, & amore multum conſidit *Dec. conſil.* 16. *num.* 2. etenim ex Sen. Conſ. Tertull. ſuccedebat filio, & tamen ei non deferebatur tutela, vt iam oſtendimus, ſic minores ſucceſsionis emolumentum non amittebant, licet ad tutelæ grauamen non venirent, l. fin. Cod. de legit. tutel. Quamobrem ſi ſtatuto pręferatur agnatus matri in ſucceſsione, vt videmus in ſtatuto PP. Rubr. In quantum mater, & auia 94. attamen non præfertur in tutela, vt etiam conſuluit, *Alex. conſil.* 109. *lib.* 3. *Dec. conſil.* 16. *num.* 2. *ſub finem*. Datiuam autem non poſſe dici indubiè credo, cum magiſtratus non inquirat in eius mores, & vitam, ſed debeat admitti, dummodo inter geſta nuptijs alijs; & Sen. Conſ. Velleiani auxilio renuntiauerit. Concludamus itaque cum

Alex.

Alex.d.conſ.9.lib.3. irregularem & extraordinariam dici tutelam accedit. *Socin.conſ.153.nu.38.lib.2.* Illud quoque obſeruandum olim fruſtra tutelam communium liberorum matri teſtamento patris mandari ſolitam. l. Iure. 26. ff. de teſtam. tutel. vt licet pater voluiſſet per matrem rem filiorum adminiſtrari, nihilominus licentia à Principe impetranda foret, & ob eam rationem dicebatur legitima tutela. l. 2. §. quid ſi pater. 25. ff. ad Sen. Conſ. Tertull.

§. quod ſi fideiuſſor.

T*Eneatur magiſtratus)* Sciendum eſt non ſolum tutores & curatores, pupillis vel adultis, cæteriſque perſonis ex adminiſtratione rerum teneri, ſed etiam in eos qui ſatiſdationem accipiunt, ſubſidiariam actionem eſſe, quæ vltimum eis præſidium poſſit afferre. Subſidiaria autem actio in eos datur qui aut omnino à tutoribus vel curatoribus ſatiſdari non curauerunt, aut non idoneè paſſi ſunt caueri. §. ſciendnm. 3. Inſtit. de ſatiſd. tutor. vel curat. Vnde ſi magiſtratus ab initio tutorem idoneũ dedit, & ſatis non exegit: non ſufficit, l. 1. §. ſi magiſtratus 11. ff. de magiſtrat. conueniend. Exigebatur autem cautio ſic à magiſtratu, vt pupilli ſeruus, aut ipſe pupillus, ſi fari poteſt & in præſentiarum ſit, ſtipuletur à tutoribus, item fideiuſſoribus eorum, rem ſaluam fore, aut ſi nemo eſt qui ſtipuletur; ſeruus publicus ſtipulari debet, rem ſaluam fore pupillo: aut certè ipſe magiſtratus d. l. 1. §. Exigere 15. Sed an in magiſtratus actionem data, ſors cum vſuris exigi debet? an vero vſuræ peti non poſſunt? quoniam conſtitutum eſt pœnarum vſuras peti non poſſe, ſiquidem eadem in magiſtratus actio datur, quę competit in tutores l. fin. ff. de magiſtrat. conueniend. In hæredes quoque magiſtratus, ſi eius lata culpa, idoneè cautum pupillo non eſt, actio datur. l. In hæredes. 2. Cod. de magiſ. conueniend.

§. ſi autem mater.

A*D ſecunda vota tranſirent)* Vidimus in auth. matri, & auiæ, tutelam matris finire, quod an accipiendum ſit de tutela quam etiam ex iudicio patris accipit, dubitant interpretes: quinimmo Dy. & Pe. in ea ſunt ſententia, vt exiſtiment adhuc durare, à quibus diſſentit Cy. illos referens in *l. omnem. 6. Cod. ad Sen. Conſ., Tertull.* eo quia mater tranſeundo ad ſecunda vota faciat ſe ſuſpectam: ſiquidem nouis maritis non ſolum res filiorum, ſed etiam vitam addicunt mulieres, l. lex. 22. in fine. Cod. de adminiſtrat. tutor. vel curat. & merito *Bart.* notat, legem præſumere, matrem excoriaturum filium, propter ſecundum

 virum,

virum, *ad l. ſi quis ſub conditione* 11.*num.*15.*ff. de teſtam. tutel.* refert *Afflict. deciſ.* 357.*num.*2. Et Iuſtinianus dicit matrem expelli, non autem tutelam finire, Auth. matri, & auię, Cod. quando mulier, &c. Addo & aliam rationem, quod aut putant teſtamento matrem tutricem dari ante Conſtitut. Valent. & Iuſtiniani, & hoc falſum eſſe probauimus ſupra; aut virtute illarum conſtitutionum, & cum ſimpliciter dicant matrem expelli à tutela tranſeuntem ad ſecunda vota, non debent reſtringere ad tutelam, à lege permiſſam. Sciant autem matres omnem eis ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis, ſi filius impubes moritur denegari ſucceſsionem, ſi legitima liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas aſpirarunt nuptias, antequam ei tutorem alium fecerint ordinari, vſque, quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ perſoluerint, l. omnem. 6. Cod. ad Sen. Conſ. Tert. quod ad omnes, qui ad ſucceſsionem pupilli ſiuè ab inteſtato, ſiuè ex ſubſtitutione vocentur, porrigitur, in l. ſciant 10. Cod. de legit. hæred. Igitur mater antequam tranſeat ad ſecunda vota petat tutorem pupillo; niſi datus eſſet alius teſtamentarius: quia tunc mater excuſatur non petendo tutorem, l. fin. ff. qui petunt tutores, aut alius legitimus extaret, quoniã tunc mater offitium pietatis in petendo tutorem non deſerit: ſiquidem iure habenti tutorem tutor dari non poteſt, l. cum iure. 9. Cod. qui pe. tutor. Neq; obſtat quod in l. 2. §. 1. dicatur matrem debere petere eos, qui ex legibus defenſores ſunt, nam idem eſt ac ſi dixiſſet tutores: neque accipiendum de legitimis tutoribus. Et ei quod diximus argumento eſſe poteſt, quia Conſtit. illæ loquentes de conſtitutione tutoris antequã mater tranſeat ad ſecundas nuptias, ſunt Imp. Valent. & Theod. quorum temporibus poſt ſuſceptam tutelam à matre nulli aderant tutores legitimi, cum non niſi in defectum legitimorum admitterentur, vt vidimus ex l. 2. in fine. Cod. quando mulier, &c. Priuationi ſucceſsionis coniungendæ etiam ſunt pœnæ recenſitæ, in l. 1. Cod. de ſecund. nupt. nam fit infamis, præterea ſecundo viro vltra tertiam partem bonorum in dotem non dabit, neque in teſtamento pluſquam tertiam partem relinquet. omnium præterea hæreditatum, legatorum, fideicommiſſorum, ſuprema voluntate relictorum, mortis cauſa donationum erit expers. His etiã amittendis, quæ prior maritus ei ſuprema voluntate reliquerit: eiſdem enim pœnis ſubijcitur quæ ſuſcepta tutela ſecundo nubit, non prius tutorem petens, & rationem reddens, & exoluens omne quicquid debet. authẽt. eiſdem Cod. eod.

Locus ſit legitimo.) Magna contentione diſputatum fuit apud antiquos & nouos iuris interpretes, vt refert Cyn. in auth. Matri, & auiæ. An mater deſinendo eſſe tutrix, poſsit nominare tutorem, an verò tutela ad legitimum ſpectet: ſi diſcrepantium DD. authoritatem conſideremus, alicuius momenti videbitur hæc quæſtio, vtporè in qua Dyn. Iacob. Rauen. Vbaldinus Maluoltus, Iacob. Aret. Albertus Salinas, Pe. & Cyn. variè ſenſerunt. At ſi Imperatores ipſos adiuerimus nulla, aut quidem minima ſe offeret dubitatio. Et quidem temporibus Valent. Theod. & Arcad. ceſſa-

bat

Digitized by Google

Cum debitore conuenient) Neceſſe autem eſt ipſos in vnum & eundem locum congregari, & non ſeparatim conſentire vt ex multorum ſententia notat. *Socin.conſ.273. nu.1. verſ.qui creditores. Strach.de decoc. p.6. nu.9. nouiſſimè Gratian. diſcept.forenſ. cap.222. nu.4.* fieri enim poteſt vt cum in vnum congregantur minor pars trahat in ſuam ſententiam maiorem *ibid. num.* 5. quod etiam fore ſeruandum quando pax ſiue remiſſio habenda eſt à maiori parte conſanguineorum, ad effectũ vt cæteri illam ſeruare teneantur probat *Farinac.qu.24. nu.8.*

Seruanda eſt) Ni reliqui oſtenderent ipſorum ſententiam euidenter iniquam eſſe, ſecũdum *Bart. in l. fin. n.8. ff. de appellat. recipiend.* ſequitur *Surd.* alios citans *in conſ.65. nu. 21.*

Cauſa cuiuſuis priuati debiti) Hæc clauſula occaſionem præbet de diuerſis articulis differendi. In primis autem ſe offert videndum, num illa cõpræhendatur debitum iuratum, & reſolutiuè reſpondendo dicimus nequaquam compræhendi, cum per Conſtit. non valeant infringi vires iuramenti, ita in puncto noſtrarum Conſtit. tenet *Menoch. de arbitrar, ind. caſ.* 203. *nu.*15. inter priuilegia quoque iuramenti enumerat hoc ipſum *Seraph. in ſuo tract. de iurament. priuileg.* 114. maior itaque pars creditorum non trahet ad ſe minorem, quando credita minoris partis ſunt iurata *Rol. à Valle. conſ.31. nu.15. vol.2. Gramm. deciſ. 12. nu. 2.* licet *Viui. deciſ.* 268. *nu.*2. reſtringat priuilegium ad caſum in quo debitor non prematur maxima paupertate, quam reſtrictionem in iudicijs obſeruari teſtatur *Vrſill. ad Afflic. deciſ.*288. *nu.*8. Et in terminis ſalui conductus à Principe cõceſſi idem affirmat *Alex. in conſ.38. nu.4. & ſeqq. lib.3.* quẽ ſequitur *Gramm. deciſ.12. nu.2. & ſeqq. Valent. de Franc. in tract. de fideiuſs. cap.3. nu.* 175. *Theſ. deciſ.186. nu.4.* dicens cum hac opinione tranſire Senatum, & conſuetudinem contrarium permittentem non laudat eiuſdem *filius in annot. ad ſupradictam deciſionem*. addas alios recenſitos à *Farinac. qu.29. nu.*22. Et iuxta hanc ſententiam fuiſſe iudicatum in S. C. teſtatur *Afflic. dec.* 5. Vnde arbitror *Dec.* non benè ſentire in *conſ.*552. *nu.*8. dum obſeruat iurantem ſe non oppoſiturum aliquam exceptionem, poſſe nihilominus iuuari dilatione quinquennali à Principe conceſſa, ea potiſſimum ratione, quod reſeruata intelligatur authoritas ſuperioris: quaſi verò non maior ſit ratio iuramenti quam volontatis Principis. Potuiſſet etiam dubitari, num ſub eadem cenſura compræhenderetur debitum publicum, ni verbis apertis illud fuiſſet excluſum, vt notat *Menoch. de arbitrar. caſ.203. nu.*17. Amplius obſeruandum, verbis ita amplis fuiſſe conceptam vim huius dilationis, vt compræhendat etiam creditum ex cauſa depoſiti, quod alias non includeretur, quemadmodum legitur apud *Franch. deciſ.* 151. & licet *Surd. deciſ.323. nu.6.* dicat cauſam depoſiti minimè compræhẽdi verbis quamtumuis generalibus: tamen voluiſſe Conſtituentes hunc caſum compræhendere, colligimus ex exceptione quam fecerunt in §. *Huius tamen*. Cõpræhenditur quoque creditor ex cauſa dotis; quandoquidem non eſt

compertum ſpeciale aliquod priuilegium in hoc fuiſſe conceſſum dotibus, ita ſanè teſtatur *Franch.deciſ.219.* qui licet ad partes diſputet articulũ, in fine tamen dicit ſe dubitaſſe contra dotẽ, ſequitur *Grat.diſcept.forẽſ. c.222.nu.32.Carauita ad Ritũ 287.nu.19.* vbi teſtatur ita obtentũ fuiſſe in ſacro conſilio, quemadmodum ẽt refert *Io.Battiſta del Thoro in compen. deciſ. Reg.verb. Creditores an poſſint, fol.36.edit.2.* lex etenim generalis cõprehẽdit etiam cauſam dotis *Ludou.deciſ.Peruſ.95. nu.15.* Aduertas tamen diuerſũ eſſe in litteris per Principem conceſsis, quæ non præiudicant creditoribus ex cauſa dotis, talem diſtinctionem faciunt mox citati DD. & in huiuſmodi terminis loquitur *Rebuff.ad ll.Reg.to. 2.de lit.dilat.art. 1.gl. 1.nu.34.* Porrò hac dilatione non iuuantur hæredes debitoris cum beneficio legis, & inuentarij, quia exceptiones dilatoriæ non tranſeant ad hæredes, quia ceſſet cauſa ob quam fuit conceſſa, ſpes nimirum acquiſitionis fienda per ipſummet debitorem, & demum quia nullum poteſt conſiderari damnum hæredis in eo quod ſtatim ſoluat, immo differendo, non bonã de ſe ſpem in mentibus imprimit: quia non eſt credendum quod velit medio tempore ſolum de commodo creditorum cogitare, & ſe grauare onere reddendi rationem fructuum. *Franch.deciſ.179.*

Citatis reliquis creditoribus.) inter quos ſi reperiatur clericus, non poterit remiſſoriam ad ſuum Iudicem eccleſiaſticum obtinere, & ita fuiſſe iudicatum teſtatur *Vrſill.ad Afflict.deciſ. 380. num. 7.* quem ſequitur *Vinc. deciſ.38.nu.8.* ſubiungens, ita etiam iudicaſſe ſacram Reg. audient. terræ Bari, eis addas *Maſtrill.in deciſ.79.num.5.* qui affirmat ita ſe iudicaſſe: eãdem obſeruationem probauit *Gratian.diſcept.forenſ.cap.222.num.35.* Simile eſt quod notat *Bald.in materia l.fin.Cod.de edic. D.Adr.toll. num. 54.* cuius meminit *Natta ad Alex.conſil.122.lib.4.verbo, coram Epiſcopo.* huiuſque traditionis illam arbitror eſſe rationem, quod Iudex laicus ſit competens in ea cauſa, & clericus voluntariè ad iudicium veniat: quamuis *Marta de iuriſd.p.4.caſ.123.num. 9.* dicat ſe non videre rationẽ qua motum fuerit tribunale Neapol. ad ſentiendũ contra clericũ. Si verò inter huiuſmodi creditores adſit aliquis mercator qui paulò ante debitori merces vẽdiderit, quæ adhuc penes ipſũ debitorẽ reperiãtur, non obſtante cõuẽtiona facta cũ maiori parte creditorum, poterit eas vindicare: tũ quia extãt, tũ quia aperta ſit fraus talis debitoris *Men.de arbitr.caſ.203.n.24.& ſeq.*

Debitores ex cauſa ficti bonorũ) addas ẽt debitores ex cauſa pẽſionis domorũ, & rerũ cõmeſtibiliũ *Grat. diſcep.for.c.222.n.34.* Sed animaduertas quoad priorem exceptionem, diſpoſitionem iuris communis circa debitores ex cauſa ficti, reſtringi per Nou. Conſtit. ad eos qui reperiuntur in tenuta, vt obſeruat *Menoch.de arbitrar.caſ.203.numero 18.& ſeq.*

Nec etiam contra fideiuſſores.) Et quidem meritò: iniquum enim eſſet auferre creditori electionem, ſicut pignus, aut priuilegium. l. ſi præcedente 58.§.Lucius Titius.1. ff.mandati: quod tamquam ſingulare obſeruat *Matheſ.ſing.104.* & poſt eum *Cremenſ.ſing. 22.* præiudicium enim quod fit alicui creditori per maiorem partem cęterorum creditorum procedit quoad perſonam principalis debitoris, & non fidejuſſoris eiuſdem

Fari-

Farinac. quæſtione 29. *numero* 25. Quid de creditoribus qui conſenſerunt? poterunt ne aduerſus fideiuſſores agere? Varij varia ſcripſerunt; in eam tamen frequẽtiori calculo itum eſt ſententiam, poſſe quidem agere aduerſus fideiuſſores quotieſcunque ex eo non lęditur beneficium indultum principali, puta quia non poſsit fideiuſſor ſtatim compellere debitorem ad præſtandum indemnitatem, eo quia, & ipſe connumeretur inter creditores qui ſtare debent ſententiæ: ita in Rota Bonon. decisum fuiſſe teſtatur *Barz. deciſio.* 78. qui huius ſententiæ ſolidiſsima iecit fundamenta, & inſimul reſpondet contrarijs rationibus. Addas *Surd. conſilio* 327. *numero* 21. *& ſeqq. & conſil.* 345. *numero* 12. Neque eidem fuit alia mens *in deciſ.* 301. *numero* 16. quia loquitur iuxta terminos præmiſſos, quando intereſſet principalis ſuſcipere defenſionem, & in effectu illam ſuſciperet, puta quia poſſet compelli à fideiuſſore ad ſoluendum, *Vrſill. ad Afflict. deciſio.* 288. *numero* 1. *verſic. ſed hæc dilatio*. loquitur tamen de dilatione conceſſa à Principe. Contrarium ſenſit *Valent. de Frãch. in tract. de fideiuſſ. cap.* 3. *num.* 172. ad quẽ ſe remittit *Hering. de fideiuſſ. cap.* 27. *p.* 5. *num.* 80. eo ſolo prætextu, quòd grauius ageretur cum fideiuſſore, quam cum principali; ſed huic rationi reſpondidit *Barz.* in allegata *deciſ.* quemadmodum & rationibus quæ placuerunt *Philip. Paſcali in tract. de virib. patr. poteſt. p.* 2. *c.* 9. *nu.* 71.

De continuanda poſſeſſ. defuncti in hæredem. *Titulo* 3.

Non per omnia conueniunt ad inuicem interpretes in explicanda hac continuatione. Aretin. credidit per legem fingi actum apprehenſionis, & ita hunc adiungendum alijs modis quibus fingitur poſſeſſio apprehenſa, puta conſtituto, l. quod meo. ff. de adquirend. poſſeſſ. traditione clauium, l. clauibus. ff. de contrahend. empt. retentione vſuſfructus. l. quiſquis. Cod. de donat. vel norma peculiari tradita in cap. 2. de donar. quæ ſcotatio nominatur. Mouetur ea ratione, quòd poſſeſſio naturalis ſecundum ius naturale acquiratur per actum naturalem apprehenſionis, l. 1. in principio. & l. 3. ff. de adquir. poſſeſſ. l. ea quæ ciuiliter. ff. de adquir. rer. dom. In contrarium multi affirmarunt per legem ipſam transferri poſſeſsionem citra aliquam fictionem, idque minimè repugnare iuri naturali oſtendit *Couarr. reſolut. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 6. *verſiculo quamobrem illud erit prænotandum*, eo quia leges prædictæ referendæ ſint ad tempus quo dominia rerum nondum erant diſtincta, quo tẽpore neceſſaria quidem erat vera apprehenſio ad illarum rerum acquiſitionem, cum primò occupantis fierent: Inſuper nõ repugnare iuri naturali normam recenſitam debuiſſe ſeruari, & adhuc ius ciuile nouam introduxiſſe, ſuperaddendo nimirum in iure naturali, non autem contra illud ſanciendo: quemadmodum idem Aretin. non negat per ius ciuile introductum fuiſſe modum fictum adquirendi poſſeſsionem, qui poteſt ſatiſfacere loco veræ apprehenſionis. Illud amplius animaduertendum

poſſeſ-

poſſeſsionem hanc poteſtate legis acquiſitam veram, & naturalem appellãdam, & non artificialem, vt exiſtimauit *Bald. in rubr. de cauſa poſſeſſ. & propriet. num. 13.* quemadmodum etiam poſſeſsionem translatam per modum fictum appellamus veram, & naturalem, vt ex cõmuni DD. ſententia probat *Tiraq. de conſtit. p. 2. ampliat. 1.* dũ igitur hæres deſiderat poſt continuationem ſe immitti in poſſeſsionem ex l. fin. Cod. de Edict. D. Adriani tollendo, id facit vt adipiſcatur actualem tenutam, *Honded. conſilio 18. num. 17. vol. 2.* exemplo eius qui per modum fictum adeptus eſt poſſeſſionem, *Dec. conſil. 467. num. 3.* Sub hac cenſura non cõtinetur poſſeſsio quę reperitur penes vſufructuarium: eo enim mortuo non continuatur in heredem: ſiue eam nomines poſſeſsionem naturalem ſeparatam à ciuili reperta penes proprietarium, ſiuè dicas ſimplicem detentationem: vtro. n. nomine denominetur non veniet ſub hanc cenſuram, vt multis rationibus probat *Menoch. conſil. 139. per totum* ſequitur *Honded. conſil. 18. num. 6. vol. 2.* quodque poſſeſsio naturalis conſolidetur cum ciuili exiſtente penes proprietarium confirmat *Milanenſ. deciſ. 3. nu. 31. & 32.*

Bonorum.) Cum duæ ſint poſſeſsiones: vna quæ ius ſignificat perſequẽdi retinendique patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſque cum moritur fuit, l. 3. §. bonorum, 2. ff. de bonorum poſſeſsione; altera quæ ad factum refertur, & corpore acquiritur: duę itidem proditę fuerunt formulę diuerſo modo conceptę, puta *bonorum poſſeſſio*, & ordine conuerſo, *poſſeſſio bonorum*. Inde anſam arripuerunt Interpretes inter ſe digladiandi, & acerrimè pugnandi, vnis affirmantibus priori formula ſignificari tantum illam poſſeſſionem, quæ ius denotat, poſteriori verò ſignificari eam quę ad factum refertur. Conceſſerim equidem, priori formula, *bonorum poſſeſſio*, ſignificari vt plurimum ius perſequendi retinendique patrimonij, vt toto tit. ff. de bonorum poſſeſſ. l. 1. Cod. quorum bonorum, & l. 2. Cod. de inoff. teſtam. vbi, quod amplius eſt, poſſeſsionem facti, ſimpliciter poſſeſsionem nominat, vt etiam in l. 1. ff. de ventre in poſſeſſ. mittend. & l. quæritur 14. & ſeq. ff. de Carbon. edict. & alibi paſsim, quam in l. 1. §. furioſus. 3. ff. de adquir. poſſeſſ. dicit eſſe facti. At non inde ſequetur perpetuam eſſe, & propriam illarum formularum differentiam: quandoquidem videmus I. C. indiſtinctè modo vna, modo altera vſos fuiſſe, neque diſcrimen aliquod obſeruaſſe, nam in l. ſi minor. 61. ff. de adquir. hæred. I. C. verba faciens de poſſeſsione facti, quæ eſt danda creditoribus, illam appellat bonorum poſſeſsionem: ſic in l. 1. ff. de ſucceſſ. edict. & alibi ſæpius ſolo nomine poſſeſsionis denotatur ius quod ab initio definiuimus, præſertim, l. 1. Cod. vnde legitimi. l. Pantonius 86. ff. de adquir. hær. Quare in ea eſsẽ ſententia, diſtiuctionem poſſeſsionum non eſſe petendam à formularum conceptione, ſed à materia de qua agitur.

Continuata.) & ita videmus huiuſmodi Conſtitutione transferri poſſeſsionem, ſimilem poteſtatem tribuit Statuto, & Conſuetudini *Bald. in l. Traditionibus, 20. num. 15. in fine. Cod. de pact.* & *Bart. in l. Raptores, 41. nu. 2. Cod. de Epiſcop. & cleric.* agnoſcit in lege talem poteſtatem: nam Imperator bona raptoris virginum, viduarum, aut diaconiſſarum quæ fuerint Deo dicatæ

catæ addicit Eccleſijs quo ad omnem proprietatem, & plenam poſſeſſionem. Noſtra verò Conſtitutione, vel ſimili ceſſante, opus eſt apprehenſione *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 69. & Vini. deciſ. 227.*

Hæreditate.) Quia ſtatim dictum fuerat poſſeſſionem bonorum defuncti nullo modo vacare; potuiſſet aliquis credere id habere locum quotiens hæres ſtatim adiret, vel ſe immiſceret: alioqui ſi medio tempore alius ingrederetur poſſeſſionem, vires continuationis ceſſarent. Hunc ſcrupulum volentes de medio tollere Nou. Conſtit. compilatores, ſtatim ſubiunxerunt hęc verba, *ſed ſit, & intelligatur continuata immediatè in eius hæreditate, & in hæredem, &c.* Quaſi velit dicere ante aditionem continuari in hęredem medio hęreditatis, vicem perſonæ ſuſtinentis: hæc vidit, licet non adeò exactè explicet *Dec. in conſil. 467. num. 15.* Quo fit vt penitus ſopita remaneat difficultas quæ hæſit in animo *Alex. conſil. 82. nu. 4. lib. 2.* quem ſequitur *Socin. conſil. 49. num. 3. vol. 3.* quòd ſcilicet continuatio remaneret impedita vbicunque medio tempore, inter mortem defuncti, & hæreditatis aditionem tertius aliquis rem hæreditariam occuparet: quam tamen difficultatem inanem oſtendidit *Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 5. num. 6. verſic. ſic & interdicto. circa medium*, quia dictante ſtatuto, quòd hęreditas defuncti continuetur in hæredem, non poteſt aperiri locus caſui propoſito ab Alex. quòd poſsit occupari poſſeſsio dum vacat, quibus ſi addas clauſulam annullantem, quæ legitur in text. Nou. Conſtit. res erit expedita vt obſeruat *Iaſon conſil. 85. num. 6. vol. 3.* Quid ſi reperiatur aliquis creditor teſtatoris, & hæreditatis tenens bona hæreditaria? poterit ne dici legitimus contradictor; adeo vt hæredi volenti ire in poſſeſsionem iure valeat ſe opponere? Huiuſmodi quæſtionem in terminis, l. vlt. Cod. de edict. D. Adr. toll. pro hærede decidit *Hieronymus Lauren. deciſ. Auenion. 104.* eo quia nihil poſsit, requirens altiorem indaginem, retardare executionem promptam illius Conſtitutionis. In terminis verò noſtrarum Conſtit. per quas continuatur poſſeſsio nullus relinquetur locus huiuſmodi dubitationi.

Hæredem.) Hoc eſt verum, & in effectu hæredem, & non ſcriptum tantum; ſed etiam eum qui ab inteſtato cauſam habet; ex quo colligit Bald. loco cit. in Rub. de cauſa poſſeſſ. non eſſe procedendum ſummariè, & via executiua, vt in remedio, l. vlt. Cod. de edict. D. Hadriani tollend. cum diuerſum, & nouum ius hic introducatur, & propterea non debet aſſumere aliquam qualitatem à iure communi cui non cohæret: ſeparatorū etenim ſeparata eſt ratio, l. ſi maritus. Cod. de donat. inter vir. & vxor. & ideò poterit de cauſa proprietatis agi, niſi in cōfeſſo eſſet hęredem poſſidere, quia tunc non poterit refricari quæſtio dominij. His conſequens eſt, vt dicamus fideicommiſſarium non compræhendi hac Conſtit. quia non ſit verè hęres, ſed fictè, cum pro hęrede tātum habeatur: & in diſpoſitione correctoria iuris communis non compræhenditur caſus fictus, *Alex. conſil. 82. num. 6. vol. 2.* & de communi DD. ſententia teſtatur *Graſſus in §. Hæreditas, q. 7. per totam.* Amplius Conſtit. de hęrede habili, & capaci acci-

accipienda, vt probat *Plot. in ſua repetit. num.* 849. quia legum, & ſtatutorum beneficia capacibus, & non odioſis ſcripta ſunt: & ideò ſpurius, & infucceſsibilis non gaudebit beneficio continuationis, *Menoch. conſilio* 180. *num.* 33.

Recuperandæ.) Nam duplex eſt effectus huius Conſtit. adipiſcendæ, & etiam recuperandæ poſſeſsionis: & hinc notat, *Plot. in conſil.* 54. *num.* 55. legatarium, ſiue fideicommiſſarium capientem poſſeſsionem bonorum propria auctoritate, quamuis hæres nondum ingreſſus fuerit poſſeſsionem actualem amittere ius ſuum.

Nulla.) Iſte eſt caſus quo defunctus inueſtit hæredem, & hæreditas non adita à legitimo hærede tranſmittitur: propterea, l. fin. C. de iure deliberandi erit ſuperuacua, cum benefitio harum Conſt. ſtatim reputetur hæres, etiam quoad poſſeſsionem. Nullam verò dicit, eo quia ſi de facto occupata fuerit non poſsit ſtatutum impedire iam factum, & infectū efficere, l. 1. §. ſi vir. in principio. ff. de adq. poſſeſſ. poterit tamē decernere ne factum illud, iuris effectum habeat, & ſortiatur, quod in terminis antiqui decreti annotat *Dec. in conſil.* 467. *num.* 18.

Legitimè adepta.) Exemplum in legatario, vel fideicommiſſario, cui teſtator in teſtamento dederit licentiam apprehendēdi poſſeſsionē bonorum legatorum propria eius auctoritate, abſque licentia hæredis, & abſque eo, quòd petat de manu hæredis: vel vbi fuiſſet dictum, quòd relinquuntur talia bona liberè, vel quod heres non moleſtet legatarium, in bonis legatis, vt notat *Plot. in conſil.* 54. *num.* 58. Aliud exemplum accommodatum erit, ſi poſſeſsio tranſlata fuerit per teſtatorem in eius vita, per actum poſſeſſorium verum, vel fictum.

De legitimationibus.

Titulo 4.

N*Iſi expreſſa voluntas patris.*) Quam vim habeant hæc verba in puncto tradit *Rim. ſen. conſil.* 81. *num.* 10. *& ſeq.* nimirum illa excludere tacitam, & præſumptam voluntatem: vnde ad ſuſtinendam legitimationem carentem hac ſolemnitate neceſſe erit derogare in ſpecie noſtris Conſtitutionibus. *Rom. conſil.* 436. *num.* 20. *verſ. Nona principalis. Dec. conſilio* 164. *circa finem.* In omnem caſum certum eſt hanc diſpoſitionem trahi ſolum ad priuilegia per ipſum Cæſarem, non etiam per Duces præceſſores conceſſa; quod apertè colligitur ex eo, quod quando voluit inuictiſsimus Cæſar, geſta per Duces præceſſores conceſſa comprehendere, de eis expreſſam fecit mentionem, vt videmus, dum voluit diſponere circa decreta, *Meminimus*, & aliud incipiēs, *Solebāt*: hinc igitur fit vt pręsēs sāctio ad illa minimè extēdatur arg. l. vnic. §. ſin aūt. ad deficiētis. C. de cad. tol.

Conſen-

Digitized by Google

Conſenſerint) expreſsè ſcilicet: tum quia in præcedētibus dum requirit volūtatem patris, vel aui, expreſſam requirit, tum quia id cautum reperitur ſtatuto antiquo, quod in dubio non cenſetur abrogatum: quia ſemper ea capienda eſt interpretatio, fuiſſe per legem nouam limitatā antiquam, non autem antiquatam: in terminis id probat *Rim. conſilio* 74. *num.* 2. *& ſeqq. vbi num.* 16. *& ſeqq.* probat Conſtit. procedere in legitimatione, non autem diſpenſatione.

De donationibus. Titulo 6.

Vna hebdomada.) Hoc nomen poteſt habere duplicem ſignificationē: nam poteſt accipi de ſpatio ſeptem dierum incipiente à die dominico, & deſinēte in die Sabbathi; vel etiam de ſpatio qualibet die inchoando vſque ad ſeptimum diem ſubſequentem, quam quidem hebdomadam hoc pacto calculatam, emergentem appellat *Bald. in l. de diuiſione*, 5. *ante num.* 1. *cum l. ſeq. num.* 1. *ff. ſolut. matrimon.* Ad huiuſmodi verò computationem minimè reſpexiſſe Nouarum Conſtitutionum compilatores credibile eſt, quia potius loqui voluerint propriè, & ſignificatum reſpondentem curſui naturali amplecti, argum. l. fin. vbi omnes. Cod. de his qui veniam ætat. impetr. hancque interpretationem ſuadet communis vſus loquendi qui primas tenet in explicandis verbis: *Bartol. in l. omnes populi.* 9. *num.* 58. *ff. de iuſtit. & iur. Crauet. conſil.* 166. *nu.* 10. & in ſpecie, quod hebdomadæ nomen accipiendum ſit de naturali, communi, & integra, quæ incipit in die dominico, & finem accipit in die ſabbathi incluſo notat *Coſta de Ratione rata, q.* 234. *num.* 18. *& ſeqq.* potiſsimum perſuaſus alio loco ipſarum Conſtit. in tit. de bonis ad cridas ponendis.

In quibus cauſis criminaliter procedi non poſsit.

Titulo 2.

§. Hæc tamen ſanctio.

V*Bi uis non interuenit.)* Si igitur interuenerit ius non admittetur ad probandum rem habere originem à contractu; dum tamen vis ſit doloſa, vt declarat *Plot. ad leg. ſi quando, num.* 350. *Cod. vnde vi,* ex eo enim quod in tex. excipitur contractus doloſus, colligit excipiendam vim doloſam: poteſt adduci exemplum ab eodem propoſitum *num. antecedenti*, quando cognati per vim auferrent puellam è manibus matris, veriti ne illam collocaret in matrimonium perſonæ indignæ.

De raptu mulierum. Titulo 4.

§. Cæterum omnes.

P*Ro arbitrio Principis, vel Senatus.*) Non maiorem indicendam eſſe pœnam dixerunt etiam communiter DD. vt teſtatur *Menoch. de arbitrar. caſ.* 291. *num.* 3. *Farinac. q.* 145. *num.* 153. probat communiter teneri pœnam raptus non quadrare rapienti meretricẽ, ſed illũ extra ordinẽ puniri arbitrio Iudicis. *Ibid. num.* 188. quod non placuit *Alc. conſil.* 21. *lib.* 7. Cœterum retenta prima opinione, diſpoſitione Nouatum Conſtit. ſtabilita, obſeruandum Senatum ſolitum fuiſſe arbitrari huiuſmodi pœnam; vt tribus ictibus funis afficiatur raptor, teſte *Claro. lib.* 5. §. *Raptus. nu.* 5. *verſ. quæro nunquid. in fine.* Statuto verò Vrbis lib. 2. cap. 52. rapiẽti per vim meretricem, eamque inuitam retinenti amputatur manus, niſi infra decem dies ſoluerit ducatos auri ducentum, & alios arbitrio Iudicis. *Farina. d. quæſt.* 145. *nu.* 190. In Regno adeſt Conſtitutio per quam raptores meretricum puniuntur pœna mortis; eius meminit Afflict. ad Conſtitut. lib. 1. Rubr. 20.

Titulo quinto. De pœnis.

§. Bona res.

P*Ræmiſſorum omnium.*) Die 20. Aprilis 1617. referente perill. Sen. D. Vice comite Senat. declarauit his verbis includi omnes perſonas cõprehenſas in præcedentibus, incipiẽdo ab initio huius tituli, conſequẽter bona falſificantis litteras Sen. confiſcari: quod nota, quia *Carpan. in* §. *omnium. tit. de iure, & priuil. fiſci, num.* 104. ad hoc non aduertens, contrarium dixit.

Mandantes) purè ſcilicet, & non ſub aliqua conditione, quia tunc non habebitur pro mandato, antequàm purificetur: quia verba conditionalia non important mandatum *Bart. ad l. ſi pupillus* 6. §. *Videamus.* 6. *nume.* 8. *ff. de negot. geſt.* quod multo magis habere locum in delictis obſeruat *Farinac. conſil.* 104. *num.* 10. quia in delictis actus conditionaliter explicatus non ſonat in delictum *Idem conſil.* 184. *num.* 40. Quid in mandato dato extra dominium per forenſem forenſi ad occidendum aliquem in hoc dominio, quod tamen executioni miſſum non fuit, eo quia mandatarij dum veniſſent ad recognoſcendum perſonam occidẽdam fuerint capti. Sen. die 27. Iunij 1619. referente D. Prætore Mediolani, & contra relatore perill. Parauicino, duos Bergomenſes mandatarios captos in oppido Ripaltæ quo venerant occiſuri præpoſitum, iuſsit pœnam capitis ſubire, aliquibus ex Senatoribus contradicentibus: quia pœna hiſce Conſt.

indicta

indicta dirigitur in mandantem: is autem reperiretur extra dominium, vbi delictum fuit conſummatum, & quo loci veniebat puniendus, vt per *Bald. ad l. 2. num. 12. verſ. ſexto quæritur, Cod. de accuſat.* firmat *Alex. conſil. 216. num. 13. lib. 6.* Vnde non deberent comprehendi perſonę mandatariorũ, qui in dominio nihil egerunt: communis fuit in contrarium.

§. *Homicida.*

HOmicida capite puniatur.) An habeat locum hæc pœna in occidente in rixa, *Baiard. ad Clar. §. Homicidium, num. 128.* inquit, quod raro Senatus condemnat ad mortem ob homicidium in rixa, *Boſſ. autem de inquiſit. num. 1 16, & de homicidio num. 44.* tenet pœnæ quoque ordinariæ locum eſſe: nouiſsimè *Farinac. q. 126. num. 47. & duobus ſeqq.* latè tractat de hoc articulo, & tandem diſtinguit, vt *nu. 49.* nũ ſcilicet occiſor fuerit author rixæ, & animum occidendi oſtendiderit vel ne. *Menoch. de arbitr. caſ. 361. num. 23.* tenet Conſtit. loquentem de occidente animo deliberato, accipiendam quoque eſſe de eo qui occidit præcedẽte rixa, ſed ex interuallo.

Sine licentia patris, & matris.) Patris ſolius quando viuit, matris verò ſi ipſe deceſſerit, & ita copula *Et.* exuuit naturam coniungendi, quia poſita inter duo, inter quæ cadit ordo charitatis, & neceſsitatis, *Plot.* in terminis harum Conſtit. *de in litem iurando, nu. 342. & ſeqq.* comprobans talem interpretationem multis ſimilibus.

§. *Punientur etiam.*

P*Vnientur etiam iiſdem pœnis qui ſolicitauerint.*) Iure communi corrumpens teſtem punitur eadem pœna, qua teſtis corruptus, *Spec. de teſte §. 1. in fine, num. 49. Bero. conſil. 58. ſub num. 1.* ſed an hoc habeat locum quando noluit vti teſtibus ſollicitatis. *Boer. deciſ. 319. ſub num. 6.* refert Marſil. tenere affirmatiuam: ſed Marſil. loquitur de tentante corrumpere iudicem, de quo loquitur ille tex. in l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de falſis, & l. Imper. ff. de iure fiſci. *Caball.* quoque *reſolut. criminal. caſ. 144.* mordicus hanc ſententiam tenet, addas *Farinac. q. 67. num. 255. Bertaz. conſil. 218. num. 6.* dicit ſubornationem puniri licet teſtis recuſet falſum deponere. Verum. l. Aduerſus Cod. de furt. & ſeru. corrupto, quam citat, & melius, l. ſi quis ſermo. eo. tit. probat contrarium, quod etiam tenet *Vulpell. conſil. 25.* in fortioribus terminis, quod nimirum legis verba cum effectu capienda ſint: addit *Laderch. conſil. 209.* huiuſmodi conatum nulli iniuriam attuliſſe, & ideò non eſſe poſsibilem priori ſententię accedit *Cornaz. deciſ. 211. num. 3.* declarando dictum Vulpelli. *Auendan. cap. 27. numero 24. verſiculo. Hic nota.*

Digitized by Google

tamen facto experimento hæres non inueniat emptorem, *Surd. deciſ.* 318. *in fine.* Verum Plotum reprobauit *Sola de ſubhaſtat. gl.* 3. *num.* 37. *& ſeqq.* & in Senatu Pedemontano fuit poſtea reſolutum contrarium , & quidem ſæpius, & congregatis claſsibus , quod ſcilicet Cōſtitutio habeat locum aduerſus hæredem cum inuentario, vt teſtatur *Theſ. Iun. in addit. ad dictam deciſ. num.* 5. *verſ.* Tandem. ea nimirum ratione quam in medium adduxit *Sola* recitato loco, quòd hæres cum beneficio inuentarij tenetur ſoluere in pecunia numerata, latè *Surd. deciſ.* 30. *nu.* 13. *& ſeqq.* cum in eo tantum ſit priuilegiatus ne teneatur vltra vires hæreditarias *Surd. de alim. tit.* 4. *q.* 10. *num.* 16. & clarè colligitur ex tex. l. fin. §. & ſi præfatum, 4. Cod. de iure deliberan. ad idem *Franc. deciſ.* 83. probans hæredem cum inuentario teneri ſoluere in pecunia numerata, quemadmodū tenebatur defunctus , puta quando fuerat renuntiatum benefitio Auth. Hoc niſi. Cod. de ſolut. Neque enim datum fuit in priuilegium ipſi hæredi cum inuentario , vt aliud pro alio inuito creditore ſoluere valeat *Fachin. controuerſ. iur. libro* 4. *cap.* 39 ſed ſatis eſt quod non teneatur creditoribus vltra vires hereditarias, vt poſt multos affirmat *Caſtill. quotid. controuerſ. iur. cap.* 24. *num.* 34. vt propterea *num.* 27. teſtatus fuerit veriorem eſſe ſententiam illorum , qui tenuerunt, heredem cum beneficio legis, & inuentarij teneri ſatisfacere creditoribus hereditariјs in pecunia numerata, quando hereditas eſt ſol uendo. Illud inſuper addendum, deductionem tertiæ partis Nou. Conſt. determinatam, procedere etiam in præiudicium fideicommiſſariorū, vt latè probat. *Morot. conſil.* 13. & fuit confirmatum per ſententiam Senatus Taurini apud *Theſ. deciſ.* 194. cuius tamen contrarium prius iudicaſſe refert *Anton. Sola ad Conſtit. Sabaud. rubr. de forma, ac ordine procedendi in pignor. gl.* 3. *num.* 44. qui numeris ſubſeqq. conatur oſtendere id conſonum eſſe iuris rationi.

Omnium creditorum.) qui verè creditores ſint tempore ſalui cōductus: ad futuros enim creditores non porrigit ſuas vires ſecuritas *Guido Papa. q.* 109. comprobat *Rebuff. ad Conſtit. Reg. tract. de lit. dilator. annal. &c. art.* 1. *gl.* 1. *num.* 18. alios adducit *Farinac. q.* 29. *num.* 58. tempus autem erit metiendum à die datæ non autem præſentationis literarum *Guido Papę dicta q.* 109. Porrò hæc concluſio procedit etiam in criminalibus, vt ex Angel. & alijs obſeruat *Menoch. de arbitrar. caſ.* 337. *num.* 13. ſubſcribit *Farinac. dict. nu.* 58. in tantum vt per ſubſequens delictum ex propoſito commiſſum reddatur illnm indignus ſecuritate conceſſa *Farinac. dicta quęſt.* 29. *num.* 61. ſecus ſi laceſsitus ad illud preruperit.

Reſpectu numeri perſonarum) Hoc ni expreſiſſent conſtituentes ſolius quantitatis debiti habita fuiſſet ratio, ita notat. *Seraph. de priuileg. iuram. priuileg.* 114. *in fine. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 222. *nu.* 19. vt in ſimili determinauit I.C. in l. ſi plureſ. 14. ff. depoſiti. Papinianus in l. maiorem. 8. ff. de pact. & Imp. l. fin. Cod. qui bonis cedere poſſunt. Quid ſi vnus ſolus, maioris quantitatis creditor reluctetur *Menoch. de arbitrar. caſ.* 245. *nu.* 13. dicit ex æquitate poſſe Iudicem pro arbitrio reprimere duritiem illius

credi-

creditoris: ego non video quicquam adduci quod poſſit nobis perſuadere aperta Conſtit. verba eſſe violanda.

Cum debitore conuenient) Neceſſe autem eſt ipſos in vnum & eumdem locum congregari, & non ſeparatim conſentire vt ex multorum ſententia notat. *Socin.conſ.273. nu.1. verſ.qui creditores. Strach.de decoc.p.6. nu.9. nouiſſimè Gratian. diſcept.forenſ. cap.222.nu.4.* fieri enim poteſt vt cum in vnum congregantur minor pars trahat in ſuam ſententiam maiorem *ibid. num.* 5. quod etiam fore ſeruandum quando pax ſiue remiſſio habenda eſt à maiori parte conſanguineorum, ad effectũ vt cæteri illam ſeruare teneantur probat *Farinac.qu.24. nu.*8.

Seruanda eſt) Ni reliqui oſtenderent ipſorum ſententiam euidenter iniquam eſſe, ſecũdum *Bart.in l.fin.n.8. ff. de appellat. recipiend.* ſequitur *Surd.* alios citans *in conſ.65.nu.* 21.

Cauſa cuiuſuis priuati debiti) Hæc clauſula occaſionem præbet de diuerſis articulis differendi. In primis autem ſe offert videndum, nũm illa cõpræhendatur debitum iuratum, & reſolutiuè reſpondendo dicimus nequaquam compræhendi, cum per Conſtit. non valeant infringi vires iuramenti, ita in puncto noſtrarum Conſtit. tenet *Menoch.de arbitrar,ind.caſ.* 203. *nu.*15. inter priuilegia quoque iuramenti enumerat hoc ipſum *Seraph. in ſuo tract. de iurament. priuileg.* 114. maior itaque pars creditorum non trahet ad ſe minorem, quando credita minoris partis ſunt iurata *Rol. à Valle.conſ.31.nu.15.vol.2. Gramm. deciſ.* 12. *nu.* 2. licet *Viui. deciſ.* 268. *nu.*2. reſtringat priuilegium ad caſum in quo debitor non prematur maxima paupertate, quam reſtrictionem in iudicijs obſeruari teſtatur *Vrſill.ad Afflic. deciſ.*288. *nu.*8. Et in terminis ſalui conductus à Principe cõceſſi idem affirmat *Alex.in conſ.*38.*nu.*4. *& ſeqq. lib.*3. quẽ ſequitur *Gramm. deciſ.*12.*nu.*2. *& ſeqq. Valent. de Franc.in tract.de fideiuſ. cap.3. nu.* 175. *Theſ. deciſ.*186. *nu.*4. dicens cum hac opinione tranſire Senatum: & conſuetudinem contrarium permittentem non laudat eiuſdem *filius in annot. ad ſupradictam deciſionem*. addas alios recenſitos à *Farinac. qu.29. nu.*22. Et iuxta hanc ſententiam fuiſſe iudicatum in S. C. teſtatur *Afflic. dec.* 5. Vnde arbitror *Dec.* non benè ſentire in *conſ.*352. *nu.*8. dum obſeruat iurantem ſe non oppoſiturum aliquam exceptionem, poſſe nihilominus iuuari dilatione quinquennali à Principe conceſſa, ea potiſſimum ratione, quod reſeruata intelligatur authoritas ſuperioris: quaſi verò non maior ſit ratio iuramenti quam volontatis Principis. Potuiſſet etiam dubitari, num ſub eadem cenſura compræhenderetur debitum publicum, ni verbis apertis illud fuiſſet excluſum, vt notat *Menoch. de arbitrar. caſ.*203. *nu.*17. Amplius obſeruandum, verbis ita amplis fuiſſe conceptam vim huius dilationis, vt compræhendat etiam creditum ex cauſa depoſiti, quod alias non includeretur, quemadmodum legitur apud *Franch. deciſ.* 151. & licet *Surd. deciſ.*323.*nu.*6. dicat cauſam depoſiti minimè compræhẽdi verbis quamtumuis generalibus: tamen voluiſſe Conſtituentes hunc caſum compræhendere, colligimus ex exceptione quam fecerunt in §. *Huius tamen.* Cõpræhenditur quoque creditor ex cauſa dotis: quandoquidem non eſt

G 2 comper-

compertum ſpeciale aliquod priuilegium in hoc fuiſſe conceſſum dotibus, ita ſanè teſtatur *Franch. deciſ. 219.* qui licet ad partes diſputet articulũ, in fine tamen dicit ſe dubitaſſe contra dotẽ, ſequitur *Grat. diſcept. forẽſ. c. 222. nu. 32. Caravita ad Ritũ 287. nu. 19.* vbi teſtatur ita obtentũ fuiſſe in ſacro conſilio, quemadmodum ẽt refert *Io. Battiſta del Thoro in compen. deciſ. Reg. verb. Creditores an poſſint, fol. 36. edit. 2.* lex etenim generalis cõprehẽdit etiam cauſam dotis *Ludou. deciſ. Peruſ. 95. nu. 15.* Aduertas tamen diuersũ eſſe in litteris per Principem conceſsis, quæ non præiudicant creditoribus ex cauſa dotis, talem diſtinctionem faciunt mox citati DD. & in huiuſmodi terminis loquitur *Rebuff. ad ll. Reg. to. 2. de lit. dilat. art. 1. gl. 1. nu. 54.* Porrò hac dilatione non iuuantur hæredes debitoris cum beneficio legis, & inuentarij, quia exceptiones dilatoriæ non tranſeant ad hæredes, quia ceſſet cauſa ob quam fuit conceſſa, ſpes nimirum acquiſitionis fiendæ per ipſummet debitorem, & denium quia nullum poteſt conſiderari damnum hæredis in eo quod ſtatim ſoluat, immo differendo, non bonã de ſe ſpem in mentibus imprimit: quia non eſt credendum quod velit medio tempore ſolum de commodo creditorum cogitare, & ſe grauare onere reddendi rationem fructuum. *Franch. deciſ. 179.*

Citatis reliquis creditoribus.) inter quos ſi reperiatur clericus, non poterit remiſſoriam ad ſuum Iudicem eccleſiaſticum obtinere, & ita fuiſſe iudicatum teſtatur *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 380. num. 7.* quem ſequitur *Vinc. deciſ. 38. nu. 8.* ſubiungens, ita etiam iudicaſſe ſacram Reg. audient. terræ Bari, eis addas *Maſtrill. in deciſ. 79. num. 5.* qui affirmat ita ſe iudicaſſe: eãdem obſeruationem probauit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 222. num. 35.* Simile eſt quod notat *Bald. in materia l. fin. Cod. de edic. D. Adr. toll. num. 54.* cuius meminit *Natta ad Alex. conſil. 122. lib. 4. verbo, coram Epiſcopo.* huiuſque traditionis illam arbitror eſſe rationem, quod Iudex laicus ſit competens in ea cauſa, & clericus voluntariè ad iudicium veniat: quamuis *Marta de iuriſd. p. 4. caſ. 123. num. 9.* dicat ſe non videre rationẽ qua motum fuerit tribunale Neapol. ad ſentiendũ contra clericũ. Si verò inter huiuſmodi creditores adſit aliquis mercator qui paulò ante debitori merces vẽdiderit, quæ adhuc penes ipsũ debitorẽ reperiãtur, non obſtante cõuẽtiona facta cũ maiori parte creditorum, poterit eas vindicare: tũ quia extãt, tũ quia aperta ſit fraus talis debitoris *Men. de arbitr. caſ. 203. n. 24. & ſeq.*

Debitores ex cauſa ficti bonorũ) addas ẽt debitores ex cauſa pẽſionis domorũ, & rerũ cõmeſtibiliũ *Grat. diſcep. for. c. 222. n. 34.* Sed animaduertas quoad priorem exceptionem, diſpoſitionem iuris communis circa debitores ex cauſa ficti, reſtringi per Nou. Conſtit. ad eos qui reperiuntur in tenuta, vt obſeruat *Menoch. de arbitrar. caſ. 203. numero 18. & ſeq.*

Nec etiam contra fideiuſſores.) Et quidem meritò: iniquum enim eſſet auferre creditori electionem, ſicut pignus, aut priuilegium. l. ſi præcedente 58. §. Lucius Titius. 1. ff. mandati: quod tamquam ſingulare obſeruat *Matheſ. ſing. 104.* & poſt eum *Cremenſ. ſing. 22.* præiudicium enim quod ſit alicui creditori per maiorem partem cęterorum creditorum procedit quoad perſonam principalis debitoris, & non fideiuſſoris eiuſdem

Fari-

Digitized by Google

Farinac.quæſtione 29. numero 25. Quid de creditoribus qui conſenſerunt? poterunt ne aduerſus fideiuſſores agere? Varij varia ſcripſerunt; in eam tamen frequẽtiori calculo itum eſt ſententiam, poſſe quidem agere aduerſus fideiuſſores quotieſcunque ex eo non lęditur beneficium indultum principali, puta quia non poſsit fideiuſſor ſtatim compellere debitorem ad præſtandum indemnitatem, eo quia, & ipſe connumeretur inter creditores qui ſtare debent ſententiæ: ita in Rota Bonon. deciſum fuiſſe teſtatur *Barz. deciſio*. 78. qui huius ſententiæ ſolidiſsima iecit fundamenta, & inſimul reſpondet contrarijs rationibus. Addas *Surd.conſilio* 327.*numero* 21. *& ſeqq. & conſil.* 345. *numero* 12. Neque eidem fuit alia mens *in deciſ.* 301. *numero* 16. quia loquitur iuxta terminos pręmiſſos, quando intereſſet principalis ſuſcipere defenſionem, & in effectu illam ſuſciperet, puta quia poſſet compelli à fideiuſſore ad ſoluendum, *Vrſill.ad Afflict.deciſio.*288. *numero* 1.*verſic.ſed hæc dilatio*. loquitur tamen de dilatione conceſſa à Principe. Contrarium ſenſit *Valent.de Frãch.in tract. de fideiuſſ. cap.* 3. *num.* 172. ad quẽ ſe remittit *Hering. de fideiuſſ. cap.*27.*p.*5.*num.*80. eo ſolo prætextu, quod grauius ageretur cum fideiuſſore, quam cum principali; ſed huic rationi reſpondidit *Barz.* in allegata *deciſ.* quemadmodum & rationibus quæ placuerunt *Philip. Paſcali in tract. de virib.patr.poteſt. p.*2.*c.*9.*nu.*71.

De continuanda poſſeſſ. defuncti in hæredem. Titulo 3.

NOn per omnia conueniunt ad inuicem interpretes in explicanda hac continuatione. Aretin. credidit per legem fingi actum apprehenſionis,& ita hunc adiungendum alijs modis quibus fingitur poſſeſſio apprehenſa,puta conſtituto, l. quod meo. ff. de adquirend. poſſeſſ. traditione clauium, l.clauibus.ff.de contrahend.empt. retentione vſuſfructus.l.quiſquis. Cod.de donat. vel norma peculiari tradita in cap. 2. de donat. quæ ſcotatio nominatur. Mouetur ea ratione, quòd poſſeſſio naturalis ſecundum ius naturale acquiratur per actum naturalem apprehenſionis,l.1.in principio. & l. 3. ff. de adquir. poſſeſſ. l. ea quæ ciuiliter.ff.de adquir. rer. dom. In contrarium multi affirmarunt per legem ipſam transferri poſſeſsionem citra aliquam fictionem, idquè minimè repugnare iuri naturali oſtendit *Couarr.reſolut.lib.*3.*cap.*5.*num.* 6. *verſiculo quamobrem illud erit prænotandum*, eo quia leges prædictæ referendæ ſint ad tempus quo dominia rerum nondum erant diſtincta,quo tẽpore neceſſaria quidem erat vera apprehenſio ad illarum rerum acquiſitionem, cum primò occupantis fierent: Inſuper nõ repugnare iuri naturali normam recenſitam debuiſſe ſeruari,& adhuc ius ciuile nouam introduxiſſe,ſuperaddendo nimirum iuri naturali,non autem contra illud ſanciendo: quemadmodum idem Aretin. non negat per ius ciuile introductum fuiſſe modum fictum adquirendi poſſeſsionem, qui poteſt ſatiſfacere loco veræ appræhenſionis. Illud amplius animaduertendum

poſſeſ-

poſſeſsionem hanc poteſtate legis acquiſitam veram, & naturalem appellãdam,& non artificialem, vt exiſtimauit *Bald. in rubr. de cauſa poſſeſ. & propriet.num.13.* quemadmodum etiam poſſeſsionem translatam per modum fictum appellamus veram, & naturalem,vt ex cõmuni DD. ſententia probat *Tiraq.de conſtit.p.2.ampliat.1.* dũ igitur hæres deſiderat poſt continuationem ſe immitti in poſſeſsionem ex l.fin.Cod.de Edict. D.Adriani tollendo,id facit vt adipiſcatur actualem tenutam, *Honded. conſilio 18.num.17.vol.2.* exemplo eius qui per modum fictum adeptus eſt poſſeſsionem, *Dec.conſil.467.num.3.* Sub hac cenſura non cõtinetur poſſeſsio quę reperitur penes vſufructuarium:eo enim mortuo non continuatur in hæredem:ſiue eam nomines poſſeſsionem naturalem ſeparatam à ciuili reperta penes proprietarium,ſiuè dicas ſimplicem detentationem: vt ro.u. nomine denominetur non veniet ſub hanc cenſuram, vt multis rationibus probat *Menoch.conſil.139.per totum* ſequitur *Honded.conſil.18.num.6. vol. 2.* quodque poſſeſsio naturalis conſolidetur cum ciuili exiſtente penes proprietarium confirmat *Milanenſ.deciſ.3.nu.31.& 32.*

Bonorum.) Cum duæ ſint poſſeſsiones: vna quæ ius ſignificat perſequẽdi retinendique patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſque cum moritur fuit, l. 3. §.bonorum,2.ff.de bonorum poſſeſsione; altera quæ ad factum refertur, & cŏrpore acquiritur: duę itidem proditę fuerunt formulę diuerſo modo conceptę,puta *bonorum poſſeſſio*, & ordine conuerſo, *poſſeſſio bonorum*. Inde anſam arripuerunt Interpretes inter ſe digladiandi,& acertimè pugnandi,vnis affirmantibus priori formula ſignificari tantum illam poſſeſsionem, quæ ius denotat, poſteriori verò ſignificari eam quę ad factum refertur. Conceſſerim equidem,priori formula, *bonorum poſſeſſio*, ſignificari vt plurimum ius perſequendi retinendique patrimonij, vt toto tit. ff.de bonorum poſſeſſ.l.1.Cod.quorum bonorum,& l.2.Cod.de inoff.teſtam.vbi,quod amplius eſt,poſſeſsionem facti, ſimpliciter poſſeſsionem nominat, vt etiam in l.1.ff.de ventre in poſſeſſ. mittend. & l. quæritur 14. & ſeq. ff.de Carbon.edict.& alibi paſsim,quam in l.1.§. furioſus.3. ff. de adquir. poſſeſſ. dicit eſſe facti. At non inde ſequetur perpetuam eſſe, & propriam illarum formularum differentiam: quandoquidem videmus I.C.indiſtinctè modo vna,modo altera vſos fuiſſe, neque diſcrimen aliquod obſeruaſſe,nam in l.ſi minor.61.ff.de adquir.hæred. I. C. verba faciens de poſſeſsione facti, quæ eſt danda creditoribus, illam appellat bonorum poſſeſsionem: ſic in l.1.ff.de ſucceſſ.edict. & alibi ſæpius ſolo nomine poſſeſsionis denotatur ius quod ab initio definiuimus, præſertim, l.1.Cod.vnde legitimi.l.Pantonius 86.ff. de adquir. hær. Quare in ea eſsẽ ſententia, diſtiuctionem poſſeſsionum non eſſe petendam à formularum conceptione,ſed à materia de qua agitur.

Continuata.) & ita videmus huiuſmodi Conſtitutione transferri poſſeſsionem,ſimilem poteſtatem tribuit Statuto,& Conſuetudini *Bald.in l. Traditionibus,20.num.15.in fine.Cod.de pact.& Bart.in l.Raptores,41.nu.2. Cod. de Epiſcop.& cleric.* agnoſcit in lege talem poteſtatem: nam Imperator bona raptoris virginum, viduarum,aut diaconiſſarum quæ fuerint Deo di-

catæ

catæ addicit Eccleſijs quo ad omnem proprietatem, & plenam poſſeſſionem. Noſtra verò Conſtitutione, vel ſimili ceſſante, opus eſt apprehenſione *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 69. & Viui. deciſ. 227.*

Hæreditate.) Quia ſtatim dictum fuerat poſſeſsionem bonorum defuncti nullo modo vacare; potuiſſet aliquis credere id habere locum quotiens hæres ſtatim adiret, vel ſe immiſceret: alioqui ſi medio tempore alius ingrederetur poſſeſsionem, vires continuationis ceſſarent. Hunc ſcrupulum volentes de medio tollere Nou. Conſtit. compilatores, ſtatim ſubiunxerunt hęc verba, *ſed ſit, & intelligatur continuata immediatè in eius hæreditate, & in hæredem, &c.* Quaſi velit dicere ante aditionem continuari in hęredem medio hęreditatis, vicem perſonæ ſuſtinentis: hæc vidit, licet non adeò exactè explicet *Dec. in conſil. 467. num. 15.* Quo fit vt penitus ſopita remaneat difficultas quæ hæſit in animo *Alex. conſil. 82. nu. 4. lib. 2.* quem ſequitur *Socin. conſil. 49. num. 3. vol. 3.* quòd ſcilicet continuatio remaneret impedita vbicunque medio tempore, inter mortem defuncti, & hæreditatis aditionem tertius aliquis rem hæreditariam occuparet: quam tamen difficultatem inanem oſtendidit *Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 5. num. 6. verſic. ſic & interdicto. circa medium*, quia dictante ſtatuto, quòd hęreditas defuncti continuetur in hæredem, non poteſt aperiri locus caſui propoſito ab Alex. quòd poſsit occupari poſſeſsio dum vacat, quibus ſi addas clauſulam annullantem, quæ legitur in text. Nou. Conſtit. res erit expedita vt obſeruat *Iaſon conſil. 85. num. 6. vol. 3.* Quid ſi reperiatur aliquis creditor teſtatoris, & hæreditatis tenens bona hæreditaria? poterit ne dici legitimus contradictor; adeo vt hæredi volenti ire in poſſeſsionem iure valeat ſe opponere? Huiuſmodi quæſtionem in terminis, l. vlt. Cod. de edict. D. Adr. toll. pro hærede decidit *Hieronymus Lauren. deciſ. Auenion.* 104. eo quia nihil poſsit, requirens altiorem indaginem, retardare executionem promptam illius Conſtitutionis. In terminis verò noſtrarum Conſtit. per quas continuatur poſſeſsio nullus relinquetur locus huiuſmodi dubitationi.

Hæredem.) Hoc eſt verum, & in effectu hæredem, & non ſcriptum tantum; ſed etiam eum qui ab inteſtato cauſam habet; ex quo colligit Bald. loco cit. in Rub. de cauſa poſſeſſ. non eſſe procedendum ſummariè, & via executiua, vt in remedio, l. vlt. Cod. de edict. D. Hadriani tollend. cum diuerſum, & nouum ius hic introducatur, & propterea non debet aſſumere aliquam qualitatem à iure communi cui non cohæret: ſeparatorũ etenim ſeparata eſt ratio, l. ſi maritus. Cod. de donat. inter vir. & vxor. & ideò poterit de cauſa proprietatis agi, niſi in cõfeſſo eſſet hęredem poſſidere, quia tunc non poterit refricari quæſtio dominij. His conſequens eſt, vt dicamus fideicommiſſarium non compræhendi hac Conſtit. quia non ſit verè hęres, ſed fictè, cum pro hęrede tãtum habeatur: & in diſpoſitione correctoria iuris communis non compræhenditur caſus fictus, *Alex. conſil. 82. num. 6. vol. 2.* & de communi DD. ſententia teſtatur *Graſſus in §. Hæreditas, q. 7. per totam.* Amplius Conſtit. de hęrede habili, & capaci

acci-

accipienda, vt probat *Plot.in ſua repetit.num.349.* quia legum, & ſtatutorum beneficia capacibus, & non odioſis ſcripta ſunt: & ideò ſpurius, & inſucceſsibilis non gaudebit beneficio continuationis, *Menoch. conſilio 180.num.33.*

Recuperandæ.) Nam duplex eſt effectus huius Conſtit. adipiſcendæ, & etiam recuperandæ poſſeſsionis: & hinc notat, *Plot.in conſil. 54. num. 55.* legatarium, ſine fideicommiſſarium capientem poſſeſsionem bonorum propria auctoritate, quamuis hæres nondum ingreſſus fuerit poſſeſsionem actualem amittere ius ſuum.

Nulla.) Iſte eſt caſus quo defunctus inueſtit hæredem, & hæreditas non adita à legitimo hærede tranſmittitur: propterea, l. fin. C. de iure deliberandi erit ſuperuacua, cum benefitio harum Conſt. ſtatim reputetur hæres, etiam quoad poſſeſsionem. Nullam verò dicit, eo quia ſi de facto occupata fuerit non poſsit ſtatutum impedire iam factum, & infectũ efficere, l. 1. §. ſi vir. in principio. ff. de adq. poſſeſſ. poterit tamẽ decernere ne factum illud, iuris effectum habeat, & ſortiatur, quod in terminis antiqui decreti annotat *Dec.in conſil.467.num.18.*

Legitimè adepta.) Exemplum in legatario, vel fideicommiſſario, cui teſtator in teſtamento dederit licentiam apprehendẽdi poſſeſsionẽ bonorum legatorum propria eius auctoritate, abſque licentia hæredis, & abſque eo, quòd petat de manu hæredis: vel vbi fuiſſet dictum, quòd relinquuntur talia bona liberè, vel quod heres non moleſtet legatarium, in bonis legatis, vt notat *Plot. in conſil.54.num. 58.* Aliud exemplum accommodatum erit, ſi poſſeſsio translata fuerit per teſtatorem in eius vita, per actum poſſeſſorium verum, vel fictum.

De legitimationibus.

Titulo 4.

N*Iſi expreſſa voluntas patris.*) Quam vim habeant hæc verba in puncto tradit *Rim.ſen.conſil.82.num.10. & ſeq.* nimirum illa excludere tacitam, & præſumptam voluntatem: vnde ad ſuſtinendam legitimationem carentem hac ſolemnitate neceſſe erit derogare in ſpecie noſtris Conſtitutionibus. *Rom.conſil.436.num.20.verſ.Nona principalis. Dec.conſilio 164. circa finem.* In omnem caſum certum eſt hanc diſpoſitionem trahi ſolum ad priuilegia per ipſum Cæſarem, non etiam per Duces præceſſores conceſſa; quod apertè colligitur ex eo, quod quando voluit inuictiſsimus Cæſar, geſta per Duces præceſſores conceſſa comprehendere, de eis expreſſam fecit mentionem, vt videmus, dum voluit diſponere circa decreta, *Meminimus*, & aliud incipiẽs, *Solebãt*: hinc igitur fit vt prçſẽs sãctio ad illa minimè extẽdatur arg. l. vnic. §. ſin aũt. ad deficiẽtis. C. de cad. tol.

Conſen-

Conſenſerint) expreſsè ſcilicet: tum quia in præcedétibus dum requirit volũtatem patris, vel aui, expreſſam requirit, tum quia id cautum reperitur ſtatuto antiquo, quod in dubio non cenſetur abrogatum: quia ſemper ea capienda eſt interpretatio, fuiſſe per legem nouam limitatã antiquam, non autem antiquatam: in terminis id probat *Rim. conſilio 74. num. 2. & ſeqq. vbi num. 16. & ſeqq.* probat Conſtit. procedere in legitimatione, non autem diſpenſatione.

De donationibus. Titulo 6.

Vna hebdomada.) Hoc nomen poteſt habere duplicem ſignificationẽ: nam poteſt accipi de ſpatio ſeptem dierum incipiente à die dominico, & deſinẽte in die Sabbathi; vel etiam de ſpatio qualibet die inchoando vſque ad ſeptimum diem ſubſequentem, quam quidem hebdomadam hoc pacto calculatam, emergentem appellat *Bald. in l. de diuiſione, 5. ante num. 1. cum l. ſeq. num. 1. ff. ſolut. matrimon.* Ad huiuſmodi verò computationem minimè reſpexiſſe Nouarum Conſtitutionum compilatores credibile eſt, quia potius loqui voluerint propriè, & ſignificatum reſpondentem curſui naturali amplecti, argum. l. fin. vbi omnes. Cod. de his qui veniam ætat. impetr. hancque interpretationem ſuadet communis vſus loquendi qui primas tenet in explicandis verbis: *Bartol. in l. omnes populi. 9. num. 58. ff. de iuſtit. & iur. Crauet. conſil. 166. nu.* 10. & in ſpecie, quod hebdomadæ nomen accipiendum ſit de naturali, communi, & integra, quæ incipit in die dominico, & finem accipit in die ſabbathi incluſo notat *Coſta de Ratione rata, q. 284. num.* 18. *& ſeqq.* potiſsimum perſuaſus alio loco ipſarum Conſtit. in tit. de bonis ad cridas ponendis.

In quibus cauſis criminaliter procedi non poſsit.

Titulo 2.

§. Hæc tamen ſanctio.

V*Bi vis non interuenit.)* Si igitur interuenerit ius non admittetur ad probandum rem habere originem à contractu; dum tamen vis ſit doloſa, vt declarat *Plot. ad leg. ſi quando, num. 350. Cod. vnde vi,* ex eo enim quod in tex. excipitur contractus doloſus, colligit excipiendam vim doloſam: poteſt adduci exemplum ab eodem propoſitum *num. antecedenti,* quando cognati per vim auferrent puellam è manibus matris, veriti ne illam collocaret in matrimonium perſonæ indignæ.

Digitized by Google

De raptu mulierum. Titulo 4.

§. Cæterum omnes.

PRo arbitrio Principis, vel Senatus.) Non maiorem indicendam eſſe pœnam dixerunt etiam communiter DD. vt teſtatur *Menoch. de arbitrar. caſ.* 291. *num.* 3. *Farinac. q.* 145. *num.* 153. probat communiter teneri pœnam raptus non quadrare rapienti meretricē, ſed illū extra ordinē puniri arbitrio Iudicis. *Ibid. num.* 188. quod non placuit *Alc. conſil.* 21. *lib.* 7. Cæterum retenta prima opinione, diſpoſitione Nouatum Conſtit. ſtabilita, obſeruandum Senatum ſolitum fuiſſe arbitrari huiuſmodi pœnam; vt tribus ictibus funis afficiatur raptor, teſte *Claro. lib.* 5. §. *Raptus. nu.* 5. *verſ. quæro nunquid. in fine.* Statuto verò Vrbis lib. 2. cap. 52. rapiēti per vim meretricem, eamque inuitam retinenti amputatur manus, niſi infra decem dies ſoluerit ducatos auri ducentum, & alios arbitrio Iudicis. *Farina. d. quæſt.* 145. *nu.* 190. In Regno adeſt Conſtitutio per quam raptores meretricum puniuntur pœna mortis; eius meminit Afflict. ad Conſtitut. lib. 1. Rubr. 20.

Titulo quinto. De pœnis.

§. Bona res.

PRæmiſſorum omnium.) Die 20. Aprilis 1617. referente perill. Sen. D. Vice comite Senat. declarauit his verbis includi omnes perſonas cōprehenſas in præcedentibus, incipiēdo ab initio huius tituli, conſequēter bona falſificantis litteras Sen. confiſcari: quod nota, quia *Carpan. in* §. *omnium. tit. de iure, & priuil. fiſci, num.* 104. ad hoc non aduertens, contrarium dixit.

Mandantes) purè ſcilicet, & non ſub aliqua conditione, quia tunc non habebitur pro mandato, antequām purificetur: quia verba conditionalia non important mandatum *Bart. ad l. ſi pupillus* 6. §. *Videamus.* 6. *nume.* 8. *ff. de negot. geſt.* quod multo magis habere locum in delictis obſeruat *Farinac. conſil.* 104. *num.* 10. quia in delictis actus conditionaliter explicatus non ſonat in delictum *Idem conſil.* 184. *num.* 40. Quid in mandato dato extra dominium per forenſem forenſi ad occidendum aliquem in hoc dominio, quod tamen executioni miſſum non fuit, eo quia mandatarij dum veniſſent ad recognoſcendum perſonam occidēdam fuerint capti. Sen. die 27. Iunij 1619. referente D. Prætore Mediolani, & contra relatore perill. Parauicino, duos Bergomenſes mandatarios captos in oppido Ripaltæ quo venerant occiſuri præpoſitum, iuſsit pœnam capitis ſubire, aliquibus ex Senatoribus contradicentibus: quia pœna hiſce Conſt. indicta

indicta dirigitur in mandantem: is autem reperiretur extra dominium, vbi delictum fuit conſummatum, & quo loci veniebat puniendus, vt per *Bald. ad l. 2. num. 12. verſ. ſexto quæritur, Cod. de accuſat.* firmat *Alex. conſil. 216. num. 13. lib. 6.* Vnde non deberent comprehendi perſonę mandatariorū, qui in dominio nihil egerunt: communis fuit in contrarium.

§. Homicida.

HOmicida capite puniatur.) An habeat locum hæc pœna in occidente in rixa, *Baiard. ad Clar. §. Homicidium, num.* 128. inquir, quod rarò Senatus condemnat ad mortem ob homicidium in rixa, *Boſſ. autem de inquiſit. num. 1 16. & de homicidio num.* 44. tenet pœnæ quoque ordinariæ locum eſſe: nouiſsimè *Farinac. q. 126. num. 47. & duobus ſeqq.* latè tractat de hoc articulo, & tandem diſtinguit, vt *nu.* 49. nū ſcilicet occiſor fuerit author rixæ, & animum occidendi oſtendiderit vel ne. *Menoch. de arbitr. caſ. 361. num.* 13. tenet Conſtit. loquentem de occidente animo deliberato, accipiendam quoque eſſe de eo qui occidit præcedēte rixa, ſed ex interuallo.

Sine licentia patris, & matris.) Patris ſolius quando viuit, matris verò ſi ipſe deceſſerit, & ita copula *Et.* exuuit naturam coniungendi, quia poſita inter duo, inter quæ cadit ordo charitatis, & neceſsitatis, *Plot.* in terminis harum Conſtit. *de in litem iurando, nu. 342. & ſeqq.* comprobans talem interpretationem multis ſimilibus.

§. Punientur etiam.

PVnientur etiam iiſdem pœnis qui ſolicitauerint.) Iure communi corrumpens teſtem punitur eadem pœna, qua teſtis corruptus, *Spec. de teſte §. 1. in fine, num. 49. Bero. conſil.* 58. *ſub num.* 1. ſed an hoc habeat locum quando noluit vti teſtibus ſollicitatis. *Boer. deciſ. 319. ſub num. 6.* refert Marſil. tenere affirmatiuam; ſed Marſil. loquitur de tentante corrumpere iudicem, de quo loquitur il le tex. in l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de falſis, & l. Imper. ff. de iure fiſci. *Caball.* quoque *reſolut. criminal. caſ.* 144. mordicus hanc ſententiam tenet, addas *Farinac. q. 67. num. 255. Bertaz. conſil. 218. num. 6.* dicit ſubornationem puniri licet teſtis recuſet falſum deponere. Verum. l. Aduerſus Cod. de furt. & ſeru. corrupto, quam citat, & melius, l. ſi quis ſermo. eo. tit. probat contrarium, quod etiam tenet *Vulpell. conſil.* 25. in fortioribus terminis, quod nimirum legis verba cum effectu capienda ſint: addit *Laderch. conſil.* 209. huiuſmodi conatum nulli iniuriam attuliſſe, & ideò non eſſe poſsibilem priori ſententię accedit *Cornaz. deciſ. 111. num. 3.* declarando dictum Vulpelli. *Auendan. cap. 27. numero 24. verſiculo. Hic nota.*

H 2 §. Si

§. *Si quis falſum teſtimonium.*

S*I quis falſum teſtimonium dixerit*) quæri poteſt an teſtis ſit damnandus licet non dixerit falſum immediatè circa delictum, ſed ſuper indicio remoto; puta ſuper minis: quod adhuc eadem pœna ſit puniendus, contra votum fiſcalium declarauit Senatus, referente Mag. Senat. Cattaneo. 12. Iulij 1625. contra Io. Ambroſium Bruſatum, quia adhuc verificentur verba Conſtitutionis.

Vt aliquis condemnetur.) proinde quamuis non ſequatur condemnatio rei, tamen teſtis luet pœnas, *Cabal. caſ. 165. num. 120. Farinac. quæſt. 67. num.* 215. ſiuè id proceſſerit quia Iudex illi nō credidit, vel quia aduerſarius melius probauit.

§. *Collegijs.*

NOuarum Conſtitutionum compilatores animaduertentes Reipub. valdè intereſſe, vt quiſque onera ad ſe ſpectantia ferat, & prouentus ex fundis perceptos in patria conſumat, diuiteſque remaneant ſubditi *Sacca cōſil.* 231. *num.* 16. iure meritò prohibuerunt, ne res immobiles in forenſes transfererentur: de cuius quidem ſanctionis uiribus non eſt hæſitandum ſecundum *Bart. ad l. fin. num.* 20. *Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi dicit legi text. ad id pertinentem, in l. vnic. Cod. non licere habitat. metrocomiæ, &c. lib. 11. concordantes citat, & ſequitur *Honded. conſil. 6. numero* 12. *vol.* 2. quæ prohibitio fuit facta ita ſuadente publica vtilitate. *Ripa reſp.* 81. *num.* 6. & 11. vbi verba facit de ſtatuto Mantuæ vigente: *Cornaz. deciſ. Lucenſ.* 10. *num.* 25. *Cæphal. in conſil.* 53. *num.* 7. & *ſeq. lib.* 1. loquitur de Statuto Laudenſi: eo enim pacto onera ciuitatis facilius ſuſtinentur per habitatores loci, & collectæ promptius exiguntur. Idem *Ripa ad l. filiusfamilias. §. diui. num.* 80. *ff. de leg.* 1. ſequitur *Surd. in conſil.* 176. *num.* 8. & 9. verba faciens & ipſe de ſtatuto Mantuano, repetit. *tit.* 8. *priuil.* 42. *in principio de alim. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 735. *num.* 13. & *ſeqq.* & obſeruauerat ſupra *cap.* 245. *num.* 32. *Honded. conſil.* 13. *num.* 1. *vol.* 2. mentionem faciens de ſtatuto terrę Chianciani, & *dicto conſil.* 6. *num.* 31. & *ſeq.* colligit talem diſpoſitionem ob id eſſe fauorabilem, & latiſsimam recipere interpretationem: ſimile ſtatutum habetur Vicentię, teſte *Paulo de Caſtr. in conſil.* 60. *lib.* 2. Ferrariæ itidem extare, & eſſe in viridi obſeruantia teſtatur *Socin. iun. conſil.* 76. *num.* 23. de ſtatuto Lucenſi *Cornaz. dicta deciſ.* 10. *num.* 6. de ſtatuto Ciuitatis Caſtelli diſtrictus Ducis Vrbini meminit *Ludouic. deci.* 85. *nu.* 1. & ne ſingula recenſeantur dicas per vniuerſam Italiam conſimilia legi, vt teſtatur *Rimin. Iun. conſil.* 28. *nu.* 12. *lib.* 1. Ad huius §. intelligentiam ſunt aliqua obſeruanda non indigna ſcitu. Illud in primis ſe offert, rem ſemel alienatam in forenſem minimè ſubiacere cenſuræ noſtri text. ſed

impu-

impunè ab eo in alium forenſem transferri poſſe *Ruin.conſ.*113.*num.*5.*lib.* 2.*Surd.conſ.*48.*in fine*, & *conſil.*105.*nu.*12. vbi multis ſimilibus exornat, quæ etiam collegit *Cauall.comm.contra comm.q.*897.*à num.* 870.

Non etiam vires ſuas obtinebit huiuſmodi prohibitio, vbi extaret aliud ſtatutum permittens alienationem ob publicam vtilitatem, *Gratian.diſcept.forenſ.c.*209.*num.*10.& 12. Quid de bannito? *Beretta conſ.*95. negat comprehendi, ea potiſsimum ratione, quia non poſsit connumerari inter non ſubditos, cum non amittat originem, & tranſtulerit incolatũ coactè, & non voluntariè: ita vt conſtet ipſum retinere animum reuertẽdi: ſed eum reprobat *Menoch.conſil.*603.*num.* 17.& *ſeq.* & quidem ſumma ratione meo iudicio.

Cuiuſuis ſtatus.) dum tamen ſit ſuppoſita ſtatuentium iuriſdictioni, quid ſi forenſis teneat bona in territorio, fortè non cõprehendetur quia ceſſabit ratio quæ mouit ſtatuentes, ad faciendã talẽ prohibitionẽ ne onera quæ à pluribus portantur, & ſic facilius, *Ripæ reſp.*81.*ſub tit.de iure gent.* & *ciuili, nu.*11.*Plot.conſ.*19.*nu.*17. paucioribus superimponãtur, cum enim reperiantur penes forenſẽ, ſi in alium forenſẽ transferantur nõ diminuetur numerus portantiũ onera: addamus rẽ ſemel factã fuiſſe alienabilẽ & proinde extra cenſurã poſitã *Laderch.conſ.*64.*nu.*4. id argumẽti placuit *Surd.conſ.*48.*n.fin.* licet contrariũ tradiderit *Boſſ.in tit.de pœn.nu.*43.*verſ.Tamen puto contrarium.* mouetur eo argum. quòd ſtatuentes habuerint reſpectum ad rẽs in territorio exiſtentes, & propterea nil referat quòd poſsideantur à non ſubditis, quia earum contẽplatione forenſes ſubijciũtur, *Crau.conſ.*201.*nu.*15. immò etiam ſi ſtatutũ non foret conceptum in rem. *Alex.conſ.*19.*nu.*7.*lib.*6.& eſt doctrina Petri allegati à *Cyno ad l.*1.*nu.*6.*C.de ſum.Trin.* quæ fuit communiter recepta, & ſecundũ eam fuit iudicatũ in Sen. Taurin. teſte *Theſ.deciſ.*106.*nu.fin.* Idẽ probauit *Surd.conſ.*276.*nu.*10. in terminis ſtatuti Mantuani ſimilibus verbis concepti, dicens ſtatutũ non ideò minus cenſeri in rem conceptum, quod à perſonis incipiat, vt etiã obſeruauit *Alba conſ.*50.*num.* 5.& ad ſatietatem prædictis citatis proſequitur *Gall.conſil.*100.*num.*3.

Nec alienare) vtpotè nec permittendo beneficio tẽporis, puta præſcriptione, rem ſuam facere. *Surd.conſ.*276.*nu.*11. quẽ refert, & ſequitur *Grat. diſcept.forenſ.c.*245.*n.*33.& *cap.*735.*n.* 15. & *ſeq.* Hac tamen ſanctione non cõprehẽderetur alienatio quæ fieret ex cauſa dotis, vt in terminis eiuſmodi ſtatuti notat *Rip.ad l.filiusf.§.diui,nu.*71.*ff.de leg.* 1. ſequitur *Bec. conſ.* 149.*nu.*30. verba faciens de hiſce Conſt. *Grat.d.cap.*735.*nu.*18.*Cornaz.deciſ. Lucenſ.*10.*nu.*24. alioqui matrimonia per indirectum impedirentur.

Vltimam voluntatem expreſſam.) Ad tollendam dubitationẽ quæ oriri poterat, nũ per ſimplicem prohibitionẽ de non alienando, adempta eſſet facultas inſtituendi heredem forenſem: in varias etenim ſententias diſceſſerint DD. vt teſtatur *Odd.in tract. de fideicomm. quæſt.*17. *num.* 28. & *ſeqq.* qui *nu.*41. dicit verius eſſe non videri ademptam, quia hæc alienatio veniat in conſequentiam actus neceſſarij, & conſoni iuris principijs

l.ex

l.ex hoc edicto. 8.§. ſed heredem. 3. ff. de alienat. iudicij mutandi cauſa. *Bart.ad l.quemadmodum, 7.num.5. Cod.de agricol.& cenſit. lib.* 11. & habemus caſum in l.pater.38.§.fundum.3.ff.de leg.3.Idem tenet *Gratian. diſcept.forenſ.cap.* 245.*num.*34.licet verius ſit ſcrupulum vanum reputari, quando prohibitio reſpicit certum genus perſonarum, vt ex multorum ſententia probat *Honded.conſil.*13.*num.*5.*vol.*2. *Alba.conſil.* 194. *num.*1. tunc enim conſtat mentem ſtatuentium fuiſſe, ne pacto aliquo res illa veniret ad manus eiuſmodi perſonarum. Illud inſuper obſeruandum prohibitionem hanc comprehendere etiam legitimam, vt latè demonſtrat *Peregrin. conſ.*4.*nu.*17.*& ſeqq.lib.*5.agens de Statuto, Ferrarienſi.

Item immobilem.) Igitur rem mobilem transferre poterit, ita colligit *Curt.Iun.conſil.*105.*num.*7. *Plot.conſil.*19.*num.* 110.*& ſeq. Gall.conſil.*89.*nu.*31. ſubiungens *num.ſubſequenti*, ita fuiſſe ſeruatum, certè Senatus declarauit ad fauorem heredum Io.Scalchi, vt meminit *Carp. idq; 26. Maij* 1548. & refert *Bec.conſil.*149.*num.*30.

Nec annuum redditum,) rei ſcilicet immobilis, vt in terminis huius Cõſtit.probat *Plot.conſil.*19.*num.* 12. ea ratione ductus, quòd quemadmodũ prohibetur ſolum alienatio rei immobilis, ita etiam prohibeatur ſolum alienatio redditus rei immobilis *Berett. conſil.* 17. *ferè* per *totum* vbi hunc intellectum ex verbis elicit, & infert legatum annuæ præſtationis non comprehendi ſub prohibitione Nou.Conſtit.

Aut eorum vſumfructum.) Id expreſsim ni fuiſſet dictum, nõ deberet intelligi comprehenſum, vt optimè probat *Laderch.conſ.*64. *per totum.*

Non ſubditam,) quo in numero non comprehenditur mulier alterius ditionis nupta viro ſubdito, quia dicatur ſubdita, cum ſequatur domicilium viri, etiam ſi ſit vidua, ita ratiocinatur *Laderch. conſil.*64. *numero* 3. quemadmodum neque comprehenditur tali prohibitione etiam ſi fuerit nupta non ſubdito, quoniam retinet domicilium originis quoad ea, per quæ non poſsit à viri ſeruitijs ſeparari, neque ob id ſimpliciter dicitur non ſubdita. *Ruin.conſil.*49.*num.*9.*lib.*3.*Theſ.forenſ.li.*2.*q.*4.*nu.*21.vbi hoc ipſe dicit comprehendi ſtatuto excluſiuo fœminarum cuius meminit eius ſententiam approbando *Mercurial. Merlin.* de legitima *lib.* 3. *tit.* 1. *quæſtione* 18. *numero* 55. *&* 64. *Beccius conſilio* 149. *num.* 6. *& ſequenti*, & loquitur in terminis noſtræ Conſtit. & num. 29. ſubiungit non comprehendi filium, neque filiam ſubditi, licet ipſi eſſent non ſubditi: cuius ſententiæ fuit etiam *Surd.conſil.*461.*num.*13. *& ſeq.* Contrarium notauit *Dec. conſil.*661.*num.* 6. quia non ſubditi appellatione contineatur quicunque non habet domicilium in loco, licet inde ſit oriundus, ad differentiam forenſis, ei accedit *Cephal.conſil.*13.*num.*15.*lib.*1.& in terminis noſtrarum Conſtit. iterum *conſil.*161.*nu.*9.in facti ſpecie in qua pro p.c. conſuluit *Beretta conſil.*143.*Rimin.Iun.conſil.*15.*n.*71.*lib.* 1.vbi reprobat nominatim Ruinum, & hanc ſententiam amplexum fuiſſe Senatum teſtatur *Boſſ. tit.de pœnis, num.* 43. *in fine*: quicquid prius dixiſſet notando differentiam circa modum loquendi negatiuè, vel affirmatiuè, *Honded.conſil.*6.*num.*17.*lib.*2.

de

de decreto tranſlato in Nouas Conſtitutiones verba faciens, latè multos citando *Ladercb.conſil.74.num.6.* de filio quoque aliter ſenſerunt multi ex generalitate verborum, vt apud *Manent.* de ſtatuto Mantuano verba facientem *conſil.83.num.27.* & de eodem *Burſat.conſil.37.num.11.& Torniol.conſil.30.num.48.*

§. *Per hanc tamen.*

H*Ypoteca conſtitui poſſit.*) Immo ſi expreſsim non exciperetur hic caſus, non videretur comprehenſus verbis ſtatuti, quia alienationis verbo propriè non continetur hypoteca: ſed neque mẽte intelligeretur comprehenſa, quia ſtatuentium intentio non fuit commercia reſtringere, & coanguſtare, vt probat *Cornaz.decif.Lucenſ.104.num.8.*

§. *Eo amplius.*

N*On ſubditi.*) In hoc numero non recenſentur nuptæ non ſubdito, vt declarauit Sen. die 8. Auguſti 1625. referente perill. Sen. Cattaneo, dum ageretur de Iuſtina Triuultia nupta Herculi Eſtenſi Ferrarienſi, reprobato *Caſtrenſ.conſil.49.lib.1.*

Ab inteſtato ſuccedere non poſſint.) Huiuſmodi expreſsio debuit neceſſario fieri, quia ſtabilitum fuit apud DD, ſtatutum prohibens alienationẽ in forenſem, non impedire ſucceſsionem ab inteſtato, quia longa ſit differentia inter alienationem ex facto hominis procedẽtem, & illam quæ fit miniſterio legis *Bartol.ad l.ſi quis ita 135. §. ea lege.penult. ff. de verborum obligat.* quẽ ſequuntur *Socin.ſen.conſil.81.n.11.verſic.octauo. lib.3. Paul. de Caſtro conſil.60.num.1.lib.2. Honded.conſil.13.num.28.vol.2. Gratian.diſcept.forẽſ. cap.245.num.35. Odd.in tract.de fideicom.q.18.num.69. Roman.conſil.457.nu.3.* & eſt doctrina eiuſdem *Bartol.ad l.Peto.69.§.fin.num.2. verſ. aut ad hæredem legitimum ff.de leg.2.*

§. *Si Aduocati.*

Q*Vota litis.*) Pactum huiuſmodi non ſolum damnandum eſt, quando ſuper dimidia eius quod in litem deductum eſt, interpoſitum reperitur, vt in l.ſumptus, 53.ff.de pactis, ſed etiam quãdo quælibet alia portio in pactionem venit, aut etiam quantitas: non enim ideò pactum reijcitur, quia promittatur certa portio eius quod ex lite dabitur; & vt verbis l. C. loquar, ſuſpenſa lite ſocietatem futuri emolumenti cautio polliceatur, l.1.§.ſi cui 12.ff.de extraord.cognit. Quinimò amplius dico idem eſſe tenendum quando certum conſtitutum eſt præmium lite benè cedente, quia etiam tum aduocatus redimit litem l. liti. 15. Cod. de

pro-

procurat. etiam ſi nullus habitus eſſet reſpectus ad id quod eſſet in litem deductum, cõtra receptam omnium ſententiam, de qua teſtatur *Roland. conſil. 36. num. 21. vol. 3.* nam l. vnic. Cod. de ſuffragio. loquitur de pacto facto ratione laboris inſumpti, & ſuffragij præſtiti, quomodocunque ceſſura ſit cauſa: quia tunc non poteſt conſiderari redemptio: & ſecundum hos terminos credendum fuiſſe loquutum *Guid. Papa q. 102.* & alios quorum meminit *Georg. Cabedo deciſ. 19. num. 1. p. 1.* & nominatim id obſeruat *Plot. de in litem iurando, num. 536.* nam qui paciſcitur in caſum victoriæ, dicitur litem redimere: & inter requiſita quę faciunt pactionem de honorario legitimam, illa proponitur, ſi in quemcunque euentum litis bonũ, vel malum emanauerit, *Farin. q. 106. num. 24.* quæ alioqui in caſum victorię inita reprobatur, *vt n. 31.* etiamſi foret de certa quantitate, *vt nu. 35. & 38.* quod pactum conſilium Neapolitanum damnauit atteſtante *Frãc. in deciſ. 265. ad finem*, & bis iudicauit minimè firmari iuramento, vt refert *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 123. num. 6.* cuius contrarium firmauit *Seraph. de iuramen. priuileg. 170.* quia inquit prohibitio emanauerit fauore priuati. Cæterum huiuſmodi pactiones ſtatuta Mediol. reijciunt ſub *cap. 431.* quod etiam procedit admiſſa ratione prohibitionis quam aſsignat *Bartol.* & omnibus placuit, vt apud *Menoch. de arbitr. caſ. 522. num. 4. & Farin. q. 106. num. 2.* ne videlicet aduocatus quærat litem vincere per fas, aut nefas: nã ſemper militat hæc ratio, ſiue aduocatus admittatur in partem lucri, ſiuè certam quantitatem ſit conſecuturus in caſum victoriæ. Porrò vera, & genuina ratió huius prohibitionis à I. C. & Imp. aſsignata, & indicata; nõn ſolum eſt quia hæc pacta fiant in maximum damnum litigantium, vt dicitur in l. 5. Cod. de poſtulando, ſed potius quoniam contra licitum ità paciſcentes litis incertum redimunt, l. ſi contra, 20. Cod. mandati. l. ſi remunerandi, 6. §. fin. ff. eod. idque malo more. l. ſalarium. 7. ff. mandati: nam ad defendendos reos, præmio adduci, proximum eſſe latrocinio, & paciſcendi morem, eſſe pyraticum, ſcribit *Quintil. lib. 12. Inſtit. cap. 7.* Adeò autem leges lites deteſtantur, l. 4. §. 1. ff. de alien. iudicij mutand. cauſ. l. quidam, 21. ff. de reb. credit. l. per diuerſas. 34. Cod. mandati, vt inte merito hoc pactum damnauerint. Licebit tamen aduocato nomine palmarij in ſingulis cauſis paciſci vſque ad centum aureos, l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit. ſed poſt cauſam actam, vt dicitur in text. ne aduocato occaſio delinquendi præbeatur, vt iam demonſtrauimus: & in hoc libenter recedo à ſententia *Conani comm. iur. lib. 5. cap. 5. fol. mihi* 303. & apud Gallos nõn ſolum hæc pacta prohibẽtur, ſed neque etiàm idiochcria ſalarij recipiuntur, vt refert *P. Gregor. ſyntag. lib. 49. cap. 8. num. 10.*

Applicetur res.) Hæ ſunt pœnæ inflictæ per Nou. Conſtit. contra licitũ paciſcentibus, quæ ingeruntur etiam per decreta Ciuitatis PP. Rub. 41. & ſtat. Mediolani, cap. 429. niſi quia Conſtitutio longius progreditur, vt potè quæ non contenta mulctis pecuniarijs, addit coercitionem perſonæ arbitrio Senat. vel Principis; & vult procedi criminaliter: ex quo colligit *Plot. ad l. ſi quando, num. 539.* de hoc crimine delatum, debere perſona-

liter

liter & non per procuratorem comparere: quia fieri poſſit vt ingeratur pœna corporalis, & numero ſubſequenti producit ad eum qui in contumaciam fuit damnatus in pœnam pecuniariã, & poſtmodum petierit ſe admitti ad nouas defenſiones; quia res metienda ex ſtatu in quo reperiebatur ante condemnationem contumacialem. Iure communi ſi qui aduocatorum exiſtimationi ſuę immenſa atque illicita compendia prætuliſſe ſub nomine honorariorum ex ipſis negotijs, quæ tuẽda ſuſceperint, emolumenta ſibi certæ partis cum graui damno litigatoris, & deprædatione poſcentes fuiſſent inuenti, placuit omnes, qui in omni ſæuitate permanſerint, ab hac profeſſione penitus aueri l. ſi quis. 5. Cod. de poſtuland. relata in can. infames. 2. §. euentur. 3. q. 7. Sic idem Imp. Conſtant. aduocatos, qui conſceleratis depectionibus ſuæ opis egentes ſpoliant atque denudant, non iure cauſæ, ſed fundorum, pecorum & mancipiorum qualitate, rationeque tractata, dum eorum præcipua poſſunt coacta ſibi pactione tranſcribi, ab honeſtorum cętu, iudiciorumque conſpectu ſegregari præcipit Cod. Theod. lib. 2. tit. 10. de poſtul. l. 1. quam moderati ſunt ſtatuentes Mediolani cap. 429. nam loco remotionis à profeſſione, introduxerunt ſuſpenſionem per triennium. Vltra verò hãc pœnã credunt *Paris de Put. & Roland. à Valle conſ. 36. nu. 21. lib.* 3. eoſdẽ teneri lege Iulia de vi priuata, & pœnis notatis à gl. in l. ex ſenatuſconſ. 6. in verbo, de vi priuata. ff. ad leg. Iul. de vi priuata: verum, pace eorum dixerim, egregiè falluntur. Nã leges illæ loquuntur de ijs qui ſocietatẽ ineunt ad innocentem circumueniendum, quique falſa iudicia confitentur in perniciem alterius. l. Eiuſdem. 3. §. Item is. 4. ff. ad leg. Cornel. de ſicarijs. & in l. 1. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falſis. & l. 2. ff. de concuſſ. nõ autẽ de aduocato paciſcente de quota litis, is ſiquidem nihil falſi committit, ſed tãtũ malo more paciſcitur, & ideo eorũ traditionẽ nõ probat *Farinac. q. 106. nu.* 11. ſimiliter *Borgnin. in deciſ. 41. nu.* 40. lõgè deceptus eſt circa hoc pactũ, præſertim in eo quod dicat, ita paciſcentes puniri arbitrio iudicis: ſi enim certa indicta fuit pœna, & à iure communi, & etiam municipali, quorsũ illã ponere in arbitrio iudicis. Quo verò ad illud, quod licitũ ſit pactum extra rẽ litigioſam, ex hactenus dictis conſtat quid reſpondendum. *Plot.* quidem *de in litem iurando. nu.* 534. notat contra tales poſſe iurari in litẽ. Illud non prætéribo, *Franc. Marc. q. 19. nu. 4. p. 1. & iterũ. q. 479. nu. 4. p. 2.* animaduertere ex iure communi nullã indictã eſſe pœnã pecuniariã, quia non ſoleant duæ pœnæ infligi, quod non obſeruarunt ſtatuentes: vnde ſtatuto Vrbis lib. 1. cap. 118. faciens pactum de quota litis, perpetuò infamis habetur, & omne lucrum & commodum, quod exinde prouenerit, turpe & illicitũ cẽſetur, & ab eo aufertur, & illud ac tantumdẽ de ſuo fiſco aplicatur: prout pariter rem & pretiũ in pacto deductũ fiſco applicari debere diſponitur in bãnimentis generalibus ſtatus Eccleſiaſtici c. 78. & etiã in bannimentis Gubernatoris Vrbis. c. 50. refert *Far. q. 106. n. 7. et ſeq.* Illud inſuper obſeruãdũ, ꝓhibitionẽ de tali pactione, poſſe cõprehẽdere quãlibet ꝑſonã, licet partes aduocati, procuratoris,

ſolicitatoris nō gerat, teſte *Men. de arb. caſ.* 522. *n.* 3. cuius contrariũ cōmuniter eſſe receptum dicit *Farinac. q.* 106. *nu.* 56. & *conſil.* 70. *lib.* 1. & fortè ad priorem ſentētiam à Menochio firmatam reſpexit ſtatutum Vrbis. lib. 1. cap. 118. dum nulla facta mentione de aduocatis, loquitur ſimpliciter, de facientibus pactum quotæ litis, referente *Farinac. d. q.* 106. *nu.* 58. Ab eodem quoque obſeruatum *in dicto conſ.* 70. *lib.* 1. pænam hanc non tangere ipſos litigantes qui faciunt pactum de quota paſſiuè, etiamſi ſtatutū ſit conceptum verbis generalibus.

§. Seuerè puniendi.

HIc præfari oportet blaſphemiæ coercitionem quandoque ſpectare ad ſolum iudicem Eccleſiaſticum, quandoque verò ad vtrunque ſi blaſphemia ſit hæreticalis, quia verba blaſphema Dei omnipotentiã infringant, & ob id è diametro opponuntur primo articulo fidei: veluti ſi quis dicat Deum non poſſe aliquid facere eorum quæ ab eius voluntate pendent, vt tempus ſerenum efficere, tunc cognitio pertinebit ad ſolũ inquiſitorem hæreticę prauitatis: ſi verò non ſit hæreticalis, vtpotè quia non opponitur articulis fidei quoquomodo, ſed malum Deo, & Beatæ Virgini imprecatur, iidem maledicendo, vel gratias Deo non exhibendo, vt faciunt ingratitudinis vitio laborantes, tunc per vtrunque iudicē inquiri in tale crimen poterit, quia ſit mixti fori vt notatur in cap. 2. de maledic. *Clar. in* §. *Blaſphemia nu.* 4. *verſ. Hoc crimen, alios cumulat Anton. var. reſolut. lib.* 3. *reſolut.* 12. *nu.* 1. *Socin. conſ.* 119. *nu.* 7. *vol.* 4. de hæbreo blaſphemo verba faciens, vt & *Theſſ. deciſ.* 241. qui Socin. à nu. 8. latè diſcutit articulum, an hæbreus blaſphemus poſſit puniri & demũ concluditur à ſolo ſeculari coercendum, addas *Clar. in dicto.* §. *Blaſphemia. nu.* 5. ſequitur *Theſ. deciſ.* 241. *nu.* 7. *Farinac. q.* 20. *nu.* 41. ſed in fine annotat ſeruari in vrbe, vt etiam à Reuerendiſſimo Vicario puniantur quia hodie ij ſint in protectione Iudicis Eccleſiaſtici, & ab vno punitus, non euadet manus alterius quemadmodum in facti ſpecie legitur apud Gaſp. *Anton. Theſ. forenſ. lib.* 1. *q.* 78. licet dubitari poſſit an id iure factum fuerit: nam Iudex Eccleſiaſticus habebat poteſtatem condignè puniendi quo caſu ſi condemnet, vel abſoluat, non debet Iudex laicus iterum condemnare quemadmodum reſoluit *Farinac. q.* 4. *nu.* 13. ſed priorem ſententiam approbauit Sen. Pedemontium apud *Theſſ. deciſ.* 241. *nu.* 7. Accuſatio verò à quocunque proponi poterit immo debebit can. ſi quis per capillum 23. q. 1. cum vindicetur crimen læſæ maieſtatis.

Multis modis afficiunt) qui tamen ad duo capita reducuntur: cùm Deo aliquid negamus quod ei conuenit, aut Deo aliquid tribuimus, quod ei minimè conuenit: ita auctoritate D. Thomæ, & aliorum obſeruat *Men. de arbitrar. caſ.* 375. *nu.* 3. *Viui. deciſ.* 388. *nu.* 3.

Irati, ſiue non) Ideo hæc verba fuerunt adiecta, quia alias mitius ageretur cum irato, quam cum eo qui ſedato animo blaſphemaret: ita ex multorum

Digitized by Google

torum ſententia *Menoch. de arbitrar. dicto caſ. 375. nu. 35.* addas *Barz. deciſ. 135. nu. 7.*

Pro prima vice) dubitari poſſet, num is qui continuatè protulit duas blaſphemas ſit tantum puniendus pœna impoſita ei qui prima vice blaſphemauit, an verò pęna indicta ei qui ſecunda vice blaſphemauit: exemplum deſumi poteſt à *Viuio. deciſ. 352. nu. 13. Al deſpetto di Dio, & della Vergine Maria*: crederem verba Conſtit. requirere interuallum temporis, & proinde dicendum hunc blaſphemaſſe pro prima vice, licet plures protulerit blaſphemias; & ita ſentiendum ex Cępol. & Alc. obſeruat *Couaru. var. reſolut. lib. 2. cap. 10. nu. 8. verſ. 3. eodem pacto Farinac. q. 22. nu. 29.*

§. *Si verò in priuato*.

V*Ltimi ſupplicij)* diuerſis pęnis apud diuerſas gentes hoc crimen fuit vindicatum. Apud Hebræos lapidibus obruebantur, cum Deus Leuit. cap. 40. alloquatur Moyſen his verbis: Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum vniuerſus populus. & deinde promulgauit Deus legem de pęna blaſphemorum, dicens: loquere ad filios Iſrael dicens: qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum, & qui blaſphemauerit nomen Dei, morte morietur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo. Iuſtinianus quoque non valens ſuſtinere tantam hominum impietatem, vt audeant Deo maledicere, vltimis ſubdi ſupplicijs iubet Nouell. 77. vt non luxurientur. §. fin. de qua *Boer. deciſ. 301. nu. 10. & ſeq.* quam tamen hodiè abijſſe in deſuetudinē admonet *Menoc. de arbitr. caſ. 375. n. 26.* quæ fortè adhuc practicaretur in aſſuetò huiuſmodi delicto, arg. eorū quæ nota t. *Boer. dicta deciſ. 301. n. 11.* & nominatim dicit *Theſſ. deciſ. 241. n. 5.* pęna mortis per Mag. Curiā fuit mulctatus quidā, qui occaſione pecuniæ amiſſæ ingreſſus fuerat Eccleſiam, & cultro incidit faciem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Saluatoris noſtri, quē in brachijs tenebat, refert *Vinc. de Franch. deciſ. 504.* quam extenſionem ad mortem non poſſe impugnari de iure obſeruat *Farinac. q. 20. nu. 67.* & de eo qui imaginem Beatiſſimæ Virginis ſputo, luto, vel immunditijs ſpurcauerit, idem ſenſit *Pet. Caball. reſolut. crimin. caſ. 31.* Ludouicus Francorum rex, eorum fronti, qui numinis diuorumue nomen nefariè aut iureiurando, execrandoue vſurpabant, candente lamina notam inurebat, ita referente *Aemilio. lib. 7.* Kennethi Scotorum Regis lege, in Dei aut diuorum nomen impiè ſe gerens, linguæ amputatione plectitur. Nolo præterire conſtitutionem Philippi 6. cuius meminit *P. Gregor. Syntag. iur. p. 3. lib. 33. cap. 12. nu. 12.* qui blaſphemos in Deū, Virginem Mariam, & diuos, conſtitutione ſua primum ad torquem, ſeu numellas verſatiles publicè adiudicari voluit, à prima hora uſque ad nonam. quod ſi iterato in crimen incidiſſet, ad eaſdem numellas verſatiles retracto, ſtatuit die nundinarium coram frequenti populo ſuprema labra findi ferro candente, vt dentes appareant:

pareant; tertia vice labium inferius; quarta abſcindi vtrunque labrum: quinta, linguam, vt per eam quam peccauit, torqueatur. Conſtitutione Regni in blaſphemantes promulgata, de qua meminit *Gramm. deciſio.* 50. irrogatur pęna mutilationis linguæ, quæ tamen interpretationem recepit, vt ſufficeret perforare linguam acu ferrea, ſeu clauo. In vrbe vt plurimum ad berlinam ponuntur, vel aſtant ante fores Eccleſiæ lingua perforati, & ad ſummum ad triremes tranſmittuntur, *Farinac. q.* 20. *num.* 67. *verſic. ſed quicquid ſit.* Vt autem intelligamus quando fiat locus pęnæ in blaſphemos irrogatæ ex Nou. Conſtit. iuuat aliquos recenſere caſus in quibus dubitatum fuit, an quis blaſphemus reputandus eſſet. De illo hęſitatum fuit in Sac. Reg. Conſ. Neapolitano, atteſtante prædicto Grammatico: an ſcilicet is qui protulerat huiuſmodi verba, *al deſpetto de Dio te delibaro ammazare*, diceretur blaſphemaſſe, & conſequenter incidiſſe in pœnam Reg. Conſtit. comminatam, & quidem dubitandi anſam præbebat *Bald. in conſil.* 477. *vol.* 3. nam concludit, ex communi vſu loquendi, eſſe potius verba iniurioſa, & contumelioſa, quã maledictio, aut blaſphemia, eius meminit, approbando *Io. de Arnono ſing.* 4. *num.* 2. *& ſeq.* Hęc obſeruatio Baldi in terminis noſtrę Conſtitutionis nequaquam ibi locum vindicaret, quæ expreſsim blaſphemos reputat illos, qui contumelijs, & conuitijs Deum, & Glorioſam Virginem Mariam, ac Sanctos afficiunt. Cęterum, & ſi adhærendum foret generalibus verbis, adhuc concludendum eſſet cum *Gramm. d. deciſ.* 50. contemnentem Deum, talia verba proferendo, dici blaſphemum can. cum apud. 23. q. 5. apud nos verò nedum reputari blaſphemiam, ſed etiam reponi inter atroces teſtatur *Clar.* §. *blaſphemia, num.* 2. qualis etiam fuit reputata apud Sen. Taurinenſem teſte *Gaſp. Anton. Theſaur. forenſ. lib.* 1. *q.* 78. ſequitur multis alijs cõgeſtis *Farinac. q.* 20. *num.* 13. In hac materia quæ de ſe mala eſt, prauam conſuetudinem non excuſare à pœna temporali, notat ex multorum ſententia *Menoch. de arbitrar. caſ.* 375 *num.* 4. addas *Farinac. q.* 95. *num.* 39. quicquid dicat in contrarium aliqui, inter quos *Gerard. de Petra ſancta. ſing.* 83. *numero quarto.*

§. *Eruens oculum.*

Eruens oculum) hoc eſt oculum videntem; nam ſi quis erueret oculum cæco, non diceretur committere in legem, vt notat *Bald. ad l. conuenticula,* 15. *num.* 5. *verſ. Item eſt argumentum à carentia habitus, C. de Epiſc. & cler.* & aſsignat rationem, quod oculus non videns non dicatur oculus niſi æquiuocè, vt de oculo picto nos docet Auerroes, & idem tenet de oculo obſcurato *Alber. de ſtatut. lib.* 2. *q.* 25. *num.* 2. ſequitur *Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rub.* 1. §. 5. *in tex. ou mutilation de membres, num.* 9. facit illud quod no-

catur

tatur per *Farinac.p. 2. fragm. lit. I. nu.* 597. truncantem membrum aridum non effici irregularem.

Vel faciem aliquo modo deturpans.) Conſtitutionum compilatores non ignorantes faciem ad ſimilitudinem pulchritudinis Cęleſtis fuiſſe figuratam, & per eam hominem originem ſuam, fictoremq; teſtari, inquit *Lactantius Firm. in lib. de officio Dei, cap.* 8. iure meritò illius maximam habuerunt curam, ne deturparetur: quod etiam cordi fuit Imp. Conſtan. in l. ſi quis in metallum. 17. C. de pœnis, dum inhibuit in metallum dãnato ſcribi in facie: cum in manibus, & ſuris poſsit pœna damnationis vna inſcriptione comprehendi. Porrò facies porrigitur à capillis vſque ad barbã incluſiuè per rectum, ex tranſuerſo verò vſque ad auriculas incluſis totaliter maxillis, hoſque terminos ei poſuit Ang. ad præcitatã, *leg. ſi quis in metallum*. Qui igitur in aliqua prædictarum partium cicatricem impreſſerit, in legem committet: nam tunc potiſsimum dicitur facta deturpatio, quando prima forma redditur deformis, vt per cicatricem contingit, teſte Ang. loco ſuperius citato, cuius obſeruationẽ refert, & ſequitur *Fel. ad cap. Cum non liceret. 12. nu. 2. de præſcript.*

Membrum abſcindens.) Multiplices, & non omnibus obuiæ oriri poſsũt difficultates circa huius tex. interpretationem, vt non infructuoſus futurus ſit labor, ſi illarum reſolutio ob oculos ponatur: id autem vt aſſequamur pręfari neceſſe eſt, dictionis *Membrum*, duplicem eſſe ſignificationem: propriã ſiuè ſtrictam vnam, alteram verò impropriam, & largã. Propria, & ſtricta ſignificatione membri continentur illæ partes corporis, quę ſunt terminatæ, vt cum *Ariſtot.* loquar *meterologic. lib. 4. cap. fin.* quæ officiorum gratia conſtant, & munerum, ad quæ ſingulæ accommodantur: puta naſus, oculus, & aliæ id generis aliæ. Idem *Ariſtot. de partib. animalium, libro primo, capitulo quinto, circa finem*, Galenus referente *Cæl. Rodig. antiq. lect. libro tertio, capitulo* 22. dicit eſſe corporis particulas, quæ nec omninò corporis circumſcriptionem habent propriam, ſic enim particulæ non forent, ſed corpora per ſe, nec omnifariam coniunctæ alijs: eas autem ad triplicem finem creatas obſeruat Cęl. ibidem: aut enim, inquit, viuendi gratia ſunt, cuiuſmodi ſunt membra principalia: aut benè viuendi, vt oculus: aut ſufficiendæ cauſa prolis, quo in genere habentur pudenda. Larga verò eiuſdem vocis ſignificatione comprehenduntur etiam illæ partes, quæ ob nullam vtilitatem, ſed ornatum tantum ſunt generatæ. *Cicer. libro tertio de finibus*, bonorum, & malorum vtranque ſignificationem expreſsit:
,, Membrorum, inquit, ideſt partium corporis, alia videntur pro-
,, pter eorum vſum à natura eſſe donata: vt manus, crura, pedes: vt
,, ea quæ ſunt intus in corpore, quorum vtilitas quanta ſit, à medi-
,, cis etiam diſputatur. Alia autem nullam ob vtilitatem, quã ad quen-
,, dam ornatũ, vt cauda pauoni, plumæ verſicolores columbis, viris mã-
,, mæ, atque barba. Propriã, & ſtrictam ſignificationẽ agnouerũt noſtri interpretes, & falſi ſunt, ſtatuta de membris loquentia, accipienda eſſe

de

de partibus corporis ſecundum ſtrictam ſignificationem: ita Bart. ad l. 2. num. 13. ff. de publici. iudic. & conſil. 201. p. 1. Panorm. cap. 1. num. 10. qui clerici, vel vouent. matrim. contraha. poſſ. Fel. cap. cum illorum. 32. num. 6. de ſentent. excomm. Bald. in l. Reos. 3. num. 5. Cod. de accuſat. & inſcript. & ad l. data opera 11. num. 50. circa finem Cod. de ijs qui accuſare poſſunt. Couarr. Clem. ſi furioſus. in initio. 2. p. Relectionis, num. 8. de homicidio. vbi teſtatur communiter ita ſentire DD. Clar. §. fin. q. 69. num. 3. Farinac. q. 19. num. 23. Et in hoc ſenſu accipiũt membri vocabulum, qui interpretantur Bullam Gregorij priuantem beneficio immunitatis Eccleſiæ, mutilantem membrum in ea, vt uidere eſt apud Ricc. in praxi reſol. 67. reſolut. nec non ij qui verba faciunt de irregulari effecto ob mutilationem membri, vt eos refert Farinac. fragm. criminal. p. 2. lit I. num. 585. Animaduertit tamen Bartol. ad dictam l. 2. nu. 13. ff. de public. iudicijs, nec diſſentit Bald. auth. ſed nouo iure, num. 4. C. de ſeru. fugitiuis, quandoque in ſtatutis interpretandis, largam admitti ſignificationem, ſi ex ſtructura verborum id colligatur: præſupponit Bart. ſtatutum ita fore conceptum: abſcindens alicui membrum, puniatur in mutilatione ſimilis membri: modo aliquis abſcidit alteri partem corporis minimè peculiari operi deputatam, puta digitum, is erit ſimili digito priuãdus: & nota quod vim reponit in illa particula, ſimilis membri: nam in l. Non ſunt. 13. ff. de ſtatu hominum, contrarium dicit de ſtatuto his verbis concepto: ſi aliquis aliquod membrum amputauit, quod idem membrum amputetur: conſiderata igitur ſtructura verborum naſcetur diuerſitas, & non contrarietas, vt exiſtimauit Fel. ad recitatum cap. cum illorum. 32. nu. 8. de ſentent. excomm. Ex alio etiam reputat Felin. in cap. Ego N. 4. num. 1. verſic. ſed dum ibi dixi de iure iurando. abſciſsionem digiti contineri ſtatuto loquente de abſciſsione membri, videlicet ſi fuerit abſciſſus digitus pretioſi artificis, quo ipſe principaliter vteretur: ſed hæc obſeruatio mihi non arridet, quia membrum æſtimatur ex ea vtilitate quæ per naturam illius adfertur, & non per accidens: quæ tantum in conſideratione habetur quando tractatur de reſarciendis damnis per læſum paſsis: iure itaque merito Alber. de ſtatut. lib. 2. q. 25. num. 1. obſeruat in ſtatutis appellatione membri non contineri digitum, quia non eſt membrum, ſed officium membri: & hac ratione dicunt mutilantem digitum non effici irregularem, refert Farinae. fragm. criminal. p. 2. lit. I. num. 587. His præcognitis facile erit reſoluere omnes dubitationes quæ contingere poſſunt circa interpretationem huiuſmodi ſtatutorum. In illa quæſtione num barba veniat appellatione membri, aliquando Bald. noluit aperire quid ſentiret, ſed reliquit cogitandum, ad l. data opera 11. num. 50. circa finem. Cod. de ijs qui accuſare poßunt, alibi verò ſecurè affirmauit illam nomine membri contineri, puta in l. Reos. 3. num. 6. Cod. de accuſat. & inſcript. num. 6. repetit in tract. de ſtatut. verbo membrum, num. 1. quem collegit Sigiſmund. eius nepos: & ad hoc animaduertas Bald. non fuiſſe ſibi contrarium, vt falsò exiſtimauit Fel. ad cap. cum illorum, 32. num. 10. de ſent. excom. mouetur Bald. ea ratione; quod membrorum alia ſint inſtrumentalia ad operandum;

vt

Digitized by Google

vt oculus,naſus,aures,manus,pedes:alia verò formalia,quia ſine eis cor pus eſſet deforme. Id monſtro proximum reputatur ab aliquibus,& idẽ cenſet *Chaſſan.in conſuetud.Burgund.rub.*1.§.5.*in tex.ou mutilatum de membres num.6.* vbi barba accipiatur pro pilis,ſeo quia poteſt quilibet ad libitum pilos detruncare,& homo ſit perfectus etiam antequam ſuccreſcat barba. Diſtinctio Chaſſan.haud quaquam arridet,quia etiam ſi non ſit in facultate hominis præcidendi mentum, non inde fit vt debeat nomine mẽbri contineri:non enim bona eſt conſequentia,non poteſt præcidere aliquam partem corporis, igitur illa appellatione membri continebitur: nam membrum largè accipitur in illo dicto,quod nullus ſit dominus mẽbrorum ſuorum. Non etiam arridet ratio,qua motus fuit Bald. quia iã ſtabilitum fuit ſtatuta loquentia de membris accipiẽda eſſe de illis quæ propriè, & ſtrictè talia appellantur. Magis plauſibilis eſt ſententia eiuſdem de mamillis mulierum,quia ſint creatę ad certum munus obeundũ, quod notat *ad d. l.data opera* 11.*numero* 50. *circa finem. Cod.de iis qui accuſare non poſſunt*,cuius meminit *Felyn.dicto cap.cum illorum,num.*11.ſequũtur multi, qui de irregulari verba fecerunt, vt apud *Farinac.p.*2.*fragm.lit.I.n.*593. *Couarr.*tamen noluit huic ſententię ſubſcribere *Clem.furioſi,initio*, 3.*p. Relectionis,numero* 8.*de homic.*maior altercatio fuit circa auriculas, quia licet ſint creatæ ad tutamen,& ornatum proprij membri,auris ſcilicet,videntur tamen habere maiorem coniunctionem cum eo, quam habeat digitus cum manu,vt nobis delineare videtur *Lactant. Firmian. lib. de officio Dei,cap.*8.ſed prævaluit ſententia negantium,& ideò adnotarunt abſcindentem auriculam non incurrere in irregularitatem, colligit *Farin. p.* 2. *fragm.lit.I.num.*590.

Arbitrio Iuſdicentis.) Ex his verbis intelligere poſſumus non fore admittendum procuratorem ad defendendum reum: cum enim pœna ſit commiſſa arbitrio iuſdicentis,fieri poteſt,quod ſit condemnandus pœna corporali, & propterea debet interim de pœna illa, tamquam corporali iudicari, ne alioqui aliter obſeruando iudicium reddatur eluſorium: & hæc ſunt obſeruanda etiam poſtquam quis fuit condemnatus in pœnam pecuniariam attenta contumacia, & poſtea obtinuit admitti ad nouas defenſiones: ex quo enim debet de delicto ex integro cognoſci,& poterit irrogari maior pęna,ideò erit eadem norma ſeruanda, id atteſtante *Plot.ad l.ſi quando,Cod.vnde vi,num.*539. *& ſeq.* vt ſuperius etiam obſeruauimus.

§. *Si quis cum duabus mulieribus.*

Per hanc ſanctionem vindicatur commiſſum omni lege damnatum, vt pleno calamo ſcripſit *Menoch.de arbitr.caſ.*410. addo *Gaſp. Anton. Theſ. forenſ.lib.*1.*q.*14.*P.Caball.reſol.crim.caſ.*98.*Farin.q.*140.*num.*1. quod etiam ſolet

let ſecum adferre multa incommoda, vt meritò Euripid. in hæc prorupe rit verba, In Andromache

Nunquam duplicia connubia
Collaudauero mortalium
Neque binas matres habentes liberos,
Rixas quidem domorum,
Triſteſque offenſas.

Cæterum quo ad pœnam iure communi irrogatur infamia l. 1. in fine, & l. quid ergo. ff. de his qui notantur infamia, & amplius Iudex competens pœnam irrogat arbitrio ſuo l. 2. Cod. de inceſt. nupt. iure verò Pontificio publicè ignominia afficitur cap. de benedicto. 32. q. 1. Quod autem in noſtro tex. dicitur, grauiori pœna, etiam corporali arbitrio Principis, vel Senatus plecti reos duplicis coniugij, effecit vt quandoque pœna fuſtigationis fuerit irrogata, vt teſtatur *Boſſ.* in tit. *de coitu damnato, & punibili, num. 10.* At *Caball. notat num. 9. & ſeqq.* nequaquam ſibi placere quod tale arbitrium extendatur vſque ad mortem, licet *num. 18. & ſeqq.* referat multa exempla in quibus ſummus rigor fuit exercitatus, quando duabus non contenti, quatuor, & quinque duxiſſent, quam tamen non reputat ſufficientem *Farinac. dicta quæſt.* 140. *num.* 22. Illud non prætereundũ, quod tamen à *Menochio attingitur in caſ. citato, num.* 116. & confirmatur à *Caballa reſolut. crimin. l. caſ. 98, num. 24. & ſeqq. Farinac. dicta quæſt.* 140. *num.* 18. eadem pœna, & etiam grauiori, puniendas eſſe mulieres, quæ pluribus maritis coniunguntur, ſignificantes ſe eſſe ſolutas: at fortaſſe ſubiũget aliquis, id intelligendum eſſe quoad ius commune, non autem quoad noſtram Conſtitutionem quæ nominatim verba facit de viro, non autem muliere: huic inſtantiæ reſpondendo dicimus, ipſum quoque ius commune
„ de viris loqui, vt verbis ipſis auditis quilibet iudicabit: Neminẽ, qui
„ ſubditione ſit Romani nominis, binas vxores habere poſſe, vulgò pa-
„ tet, cum etiam in edicto prætoris huiuſmodi viri infamia notati ſint,
„ quam rem competens iudex inultam eſſe nõ patietur, verba ſunt Imp.
in l. 2. Cod. de inceſt. nupt. & nihilominus communiſ ore affirmarũt Theologi, & iuris interpretes, teſte *Menochio in cit. caſu, num.* 116. eadem pœna, & etiam grauiori fore caſtigandas mulieres: nil mirum, ſi & nos idem contendimus in terminis noſtræ Conſtitutionis. Porrò pœnas indictas ducentibus duas vxores, vel mulieribus iungentibus ſe pluribus viris, producendas eſſe ad eum, vel eam, qui vnam duxerit, & alteram deſponſauerit, immo & ambas deſponſauerit tantum, probat *Caball. reſolut. crim. d. caſ. 98. num. 32. Farin. d. q. 140. num. 27.*

De Iure, & priuilegio Fiſci. Tit. 7.

§. Omnium.

OMnium.) fortè potuiſſet quiſpiam dubitare, num per huiuſmodi diſpoſitionem videretur ſublata ſanctio, auth. bona damnatorũ, Cod. de bonis proſcriptorum, adeò vt in hoc dominio pœna publicationis bonorum quæ venit in conſequentiam delicti, deberet excludere venientes ab inteſtato: contrarium tamen verius videtur, quia lex noua corrigens ius antiquum in aliqua parte, in cæteris nihil noui inducit, immo ab ea interpretationem recipit *Bim. conſilio* 11. *numero* 25. *& ſeqq.*

Publicata) declara, vbi viuente delinquente ſecuta fuerit ſententia ſuper ipſo crimine, & ſuper confiſcatione bonorum *Plot. conſil.* 50. *nu.* 7. & ita ſeruari teſtatur *Clar.* §. *fin. q.* 51. *num.* 15. *verſic. licet in tit.* quamuis in præcedentibus verſic. probaſſet contrarium de iure tenendum eſſe. Cęterum decretum habebit locum etiam reſpectu bonorum acquiſitorũ poſt delictum vſque ad ſententiam confiſcationis. *Clar.* §. *fin. q.* 78. *verſic. vlterius quæro Boſſ. tit. de public. bonorum, num.* 80.

§. *Communitatibus.*

COnſtruant aliqua fortalicia.) Id optima ratione factum fuit, quia inde poſſet oriri materia ſcandali inter ædificantes, & vicinos: ac fortè ædificanti præberetur anſa cogitandi de dominatione in ruſticos, & erigendi criſtas aduerſus Principem, quemadmodum rectè obſeruat *Alber. in l. fin. C. de Aedificijs priuatis.*

§. *Omnibus.*

PRo veris fortalicijs habitata) puta quia habeant foſſas, & non ſint derelicta, *Alba conſil.* 640. *num.* 2. *Alc. conſil.* 21. *lib.* 5. vbi conſiderat an in tale ædificium vndique pateat aditus.

De Publicanis. Tit. 8.

§. Publicanis inbotaturarum.

VIna, & alia,) per hæc verba excluditur facultas à iure communi data deſcribendi fructus in agro pendentes, cuius meminit *Plot. in repetit. l. ſi quando. C. vnde vi, num.* 133.

§. *Quicunque.*

DIſpoſitionem huius §. quoad præſcriptionem procedere duobus concurrentibus notat *Franc. Becc. conſil. 230. num. 39.* puta interpellatione ſine qua poſſeſsio, ſeu quaſi conſtitui non poteſt. quodque allegetur aduerſus viuentem, & agere valentem: addas tertium (ex *Alex. in conſil. 51. num. 17. lib. 5.* bonam fidem præſcribentis, & in terminis ſtatutorum Mutinæ, & Ferrariæ reſtringentium præſcriptionem ad quindecim annos obſeruat. *Rimin. Iun. conſil. 339. num. 159.* ita *Dec. conſil. 455. num. 48.* verba faciens de Conſtit. Regni Siciliæ iuxta requiſitum ſupra notatũ, vult & ipſe interuenire, quod voluit etiam *Alex. d. conſil. 51. num. 9.*

De oneribus. Titulo 9.

A*Cquirentes bona)* dicitur ad acquirentem ſpectare ſolutionem onerum, quod anſam præbuit diſquirendi quid ſentiendum eſſet de ſpecie quæ ex facto mihi propoſita fuit: vendita fuerat res habita fide de pretio, eo acto, vt donec ſolueretur pretium venditor ſibi reſeruaret dominium, ſed rem locaret emptori, qui in iudicium vocatus vellet deducere onera à ſe ſoluta, vnde quærebatur an iuſtum foret deſiderium conductoris. Et quidem conſideranti naturam contractus emptionis, & venditionis, in quo emptor debet effici dominus rei venditæ, & conſequenter emptæ, potuiſſet videri in propoſita ſpecie minimè fuiſſe iuſtum talem contractum: eo quia nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, nè ad emptorem tranſeat: ſed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus, l. cum manu ſata, 80. §. fin. ff. de contrahend. empt. quod ſi dici non poteſt contrahentes voluiſſe aliud genus contractus celebrare, tunc obſeruant ſcribentes pactionem reijciendam, ne actus corruat: quemadmodum in ſimili dicebat *Caſtrenſ.* pactionem adpoſitam donationi omnium bonorum præſentium, & futurorum factæ vxori, ne reuocari poſſet ipſa donatio, fore reijciendam, vt in terminis propoſitæ ſpeciei refert, & ſequitur *Magon. deciſ. Lucenſ. 31. nu. 3.* Re tamen intimius conſiderata negari non poteſt pactionem de qua agimus validam eſſe, tamquam conſonam naturæ contractus quem præ manibus habemus: nam venditæ res, & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quam, ſi is venditori pretium ſoluerit, vel alio modo ei ſatisfecerit: niſi is qui vendidit fidem emptoris ſequtus fuerit. §. venditæ. 41. Inſtit. de rerum diuiſ. ideò ſi vult emptor agere ex empto offerat pretium. l. Iulianus. 13. §. offerri, 8. ff. de actio. empt. qua ratione motus *Abb.* reſpõdidit validum eſſe recitatum pactum, *conſil. 66. num. 1. & 2. par. 1.* & illum ſequti. *Dec. in conſil. 440. Afflic. deciſ. 338. num. 3. Tiraq.* alios citans *in tract. de Retract. Lignagier. §. 1. gl. 2. num. 36. & 39.* vbi etiam refert ſententiam Bald i diſtinguentis noſtrum hunc caſum ab eo qui proponitur in l. cum

manu

manu ſata.80.§.fin.ff.de contrahend.empt.nam inibi purè actum fuit,ne tranſiret dominium rei venditæ, quod eſt contra naturam contractus, *Magon.d.deciſ.*31.*num.*9. hic verò retentum donec ſolueretur pretium.

Videamus iam de effectu talis pactionis,& quidem ſi volumus adhęrere ſententiæ eorum, qui tradiderunt talem pactionem retentionis dominij operari tantummodo effectum ſpecialis hyppothecæ, inter quos eſt Veronenſ.relatus à *Negruſ.de pignorib.* 2.*memb.*5.*par.num.* 18. *verſic.* & *hinc eſt.* cui accedit *Marta voto* 43.*num.*9. certè negari non poterit quin ad onus emptoris pertineant ea omnia, quæ ſequitur verum dominum. At ſi volumus cum pluribus affirmare huiuſmodi retentionem impedire dominij translationem in emptorem: ita enim ſenſerunt *Magon. deciſ. Lucenſ.*31.*num.*10.*Barz.deciſ.*48.*num.*42 & *Marta voto* 43. adhuc diceremus aduerſarium iniuria prætendere talem deductionem: cum ad adquirẽtem pertineat ſolutio onerum, ita ſuadente ratione,& præcipientibus. Nou. Conſtit.hoc tit. Et ne fortè alicui videatur dura hæc illatio, ſiue propoſitio: dominium remanſiſſe penes venditorem, incommodum tamen rei ſpectare ad emptorem, ſciat conſtituendam differentiam inter hæc duo: differre translationem dominij in aliud tempus, & differre perfectionem contractus dilata translatione dominij: interim intelligitur perfectus contractus,non autem ſub conditione celebratus, vt minus verè quidam cenſuerant,Magon. ſcilicet,& Barz. locis ſuperius citatis, ſed id ſolum retentionem conſequitur, ne interim emptor poſsit facere fructus ſuos, & ſuſtineatur locatio facta, quę alias potuiſſet videri excogitata in fraudem vſurarum, vt animaduertit *Capolla cautel.* 125. *num.*2. Quod autem reſeruatio dominij non ſuſpendat effectum contractus, videtur expreſsè tradi à I. C. in l. ſicut emptio, 20. & ſeq. ff.locati, quarum legum authoritate fultus *Alex.in conſil.*121.*num.*1.*li.*5.dicit perfectam eſſe venditionem: ita vt omne commodum, & incommodum rei ſpectet ad emptorem, qui neque poſſet prætendere aliquam remiſsionẽ mercedis caſu quo res periret: huiuſmodi deciſionem admiratus eſt, *Boß.in tit.de remiſſione mercedis conductorum, num.* 102. nam reuera contractus claudicat, & ſolus conductor, non etiam locator obligatur: tum quia accidentaliter tantum eſt factus huiuſmodi cõtractus locationis, tum etiam quia eſt factus in gratiam emptoris, cum negari non poſsit, quin venditor libentius fuiſſet accepturus pretium, ita ſcribit *Dec. in cõſ.* 311.*num.*4.*verſic.Tertiò idem comprobatur*, hæcque eſt communis DD. traditio, quamuis *Couarr.var.reſolut.lib.*3.*cap.*4.*in num.*6.*verſic.huic opinioni ſuffragatur*, duram indicet. Ex alio quoque intelligimus perfectam eſſe venditionem non obſtante tali pactione, quia aperitur locus retractui iure congrui, vt fuit deciſum in Conſilio Neapolitano teſte *Afflict. in deciſio.* 338.*num.*8.& 9. talem quęſtionem propõnit,& affirmatiuè decidit *Tiraquel.de retract.Lignagier.*§.1.*gl.*2.*nu.*30.& *ſeqq.* Concludamus igitur, vt præmiſimus,ad ipſum emptorem ſpectaſſe onera, ita ratione ſuadente: nam perfecta emptione, periculum ad emptorem reſpicit l.neceſſario 8.

ff. de periculo, & commodo rei venditæ: & Nou. Conſtit. non requirunt, quod acquirens factus fuerit dominus, ſed ſufficit quod celebratus fuerit contractus, & quidem purè, quod etiam affirmauit *Franch. deciſ.* 506. *num.* 19. quamuis videret opinionem eſſe controuerſam: in tantum vt *Magon. deciſ. Flor.* 91. *num.* 10. *& deciſ.* 92. *num.* 15. & iterum *Deciſ. Lucenſ.* 31. *num.* 10. dixerunt elapſo termino ad ſoluendum præfixo, venditorem, penes quem ſemper dominium ſtetit poſſe rem cuicunque liberè alienare.

§. *Eoque amplius.*

C*Onuentiones aliqua fieri non poſſint*) ſi tamen duo inter ſe permutauerint prædia, & vnus ipſorum ſuſtineret onera cum ruralibus, alter verò cum ciuilibus; & inter eos conuenerit, vt perſeuerarent in ſolutione onerum iuxta ſolitum, nō comprehendi huiuſmodi caſum Nou. Conſtitutionibus, quia ſit mixtus, ſcripſit *Coſta de remedijs ſubſidiar. remed.* 36. *in fine.*

§. *Oneribus taxarum.*

A*Vt aliò modo priuilegiatus*) veluti quando immunitas conceditur à Principe, etiam contra ius commune: alioqui immunitas tantum à Principe confirmata appellatur beneficium, & tranſit ad filios, cum reputetur realis, vt videre eſt apud *Menoch. in conſil.* 486. *nu.* 2. *&* 3.

Cum ſpeciali derogatione) id fuit expreſſum ad dirimendas controuerſias quæ fuerunt excitatæ inter ſcribentes; alijs affirmantibus clauſulā generalem, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus, etiam ſi de eis facienda eſſet ſpecialis mentio, ſiuè derogatio ſufficere; è contra alijs id negantibus, vt videre eſt apud *Dec. in conſil.* 164. *per totum.*

De Immunitate, & iure duodecim liberorum. *Titulo* 13.

CIrca huius tituli intelligentiam aliqua præfati expedit, quæ fortè non erunt iniocūda ſcitu. Huius priuilegij altam fuiſſe originem non inficias ibit, qui mente recolet cauſam ob quam conceſſum fuit, vt Imperia ſubditorum numero ditarentur, quod non alia via poterat conſequi, quam inuitādo eos ad matrimonia contrahenda, *Menoch.* poſt Ripam *conſil.* 600. *num.* 2. *verſic. Tertiò mirum in modum, & prius conſil.* 486. *num.* 11. quod curæ fuit omnibus gentibus. Perſarum reges ſi quando regnum peragrabant, ſingulis mulieribus, ad ſobolis inuitamenta, ſingulos aureos, prægnantibus verò duos dare conſueuerāt, vt legitur apud

Hero-

Digitized by Google

Herodot. lib. 1. & Strabonem lib. 15. Apud Lacedæmonios itidem pater quatuor liberorum erat immunis ab omni prorſus onere, teſte Ariſtot. lib. 2. polit. cap. 7. Romani, vt ciues ad ſobolem procreandam inuitarẽt, inſtituerunt, vt qui filios ſuſcepiſſet ad honores admitteretur, id quod innuit Cornel. Tacit. lib. 15. dum reprehendit morem receptum admittendi ciues ad honores, licet filios tantum adoptiuos haberent.
„ Percrebuerat ea tempeſtate, inquit, prauiſsimus mos, cum propin-
„ quis comitijs, aut ſorte prouinciarũ, plerique orbi fictis adoptioni-
„ bus adſciſcerent filios, præturaſque, & prouincias inter patres ſor-
„ titi, ſtatim emitterent manu quos adoptauerant: quod etiam reprehendidit P. Scipio Cenſor; referente *Gellio lib. 5. cap. 19.* & id dedit cauſã vxori reprehendendi maritum, cogitantem de diuortio apud Iuuenal. Saty. 9.

Iam pater es, dedimus quod famæ opponere poſſis.
Iura parentis habes, propter me ſcriberis heres,
Legatum omne capis, nec non, & dulce caducum.
Commoda præterea, iunguntur multa caducis,
Si numerum, ſi tres impleuero ----

neque enim contemnenda erat prærogatiua eius qui tres liberos ſuſcepiſſet, lege lata propter illos tergeminos Horatios Imperij Romani propagatores, author eſt Dionyſius in 3. Auguſtus ſuum locum maritis aſsignauit in theatro, riferente *Suetonio in Auguſto cap.* 44. ex quo Martialis iocatur ſcribens de Didymo Spadone lib. 5. epig. 42.

Sedere in equitum liceat tibi ſcamnis
Videbo Didyme: non liceat maritorum

& Diocletianus in albo decurionum præſcriptis patrem, nõ habenti filios anteferri voluit. l. In albo 9. Cod. de decurion. confirmat *A. Gell. lib.*
„ 11. *cap.* 15. Capite ſeptimo, inquit legis Iuliæ priori ex conſulibus
„ faſces ſumendi poteſtas ſit, non qui plures annos natus eſt, ſed qui plures liberos quam collega, aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit, & Diuus Seuerus ſtatuit per ſingulos liberos ſingulos annos demitti ad honores capeſcendos l. 2. ff. de minoribus, Plin. eo alludit libro 7.
„ Cæleſticum Tironem familiariſsimè diligo: ſimul quæſtores Cæſa-
„ ris fuimus. Ille me in Tribunatu liberorum iure præceſsit, ego illum
„ in prætura ſum conſecutus, cum mihi Cæſar annum remiſiſſet. Erat lex de candidatis, cuius meminit Tacit. 2. annal. vt qui numero liberorum præpolleret, is primas teneret: immo inter parentes qui plures ſuſcepiſſet liberos, alijs pauciores habentibus præferebatur, teſte *A. Gellio lib. 2. cap. 5.* Apud *Columellam lib. 1. de re ruſtica cap.* 8. fœminæ ruſticæ habentes tres liberos conſequebantur vacationem, ſi plures edidiſſent liberæ dimittebantur, quod de ancillis à Q Numedio cenſore, poſtea Iulio Ceſare, demum ab Auguſto factum, refert *Balduin. ad* §. 1. *Inſtit. de excuſat. tut. vel curat.* Qui plures liberos habebat, in ſuo collegio prim. ſententiam rogabatur, præ ceterisq; honoris ordine præcellebat. l. ſpurij. 6. §. fin.

6.§.fin.ff.de decurion.& filijs eorum: erantque gradus prærogatiuarum quibus potiebantur parentes plurium liberorum. Pater trium liberorũ incolumium à legationibus publicis liberatur, l.1.C.de public. leg. lib. 10.& credendum multis alijs gauiſum: alterius meminit *Liu. lib.* 41. lex ſocijs ac nominis latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, dabat, vt ciues Romani fierent, ſed non leuia etiã conſequebantur commoda: nam per legem ſancitum parenti trium liberorum dari alimenta puerorum de publico, donec peruenerint ad pubertatem; apud *Dionyſ. in* 9. ex quo factum vt illud anxiè à multis peteretur, & non paſsim concederetur, vt conijcere licet ex *Plin.lib.2,Epiſt.* de quodam Voconio ſcribens, ait, ſe ius triũ liberorum ei impetraſſe ab optimo Principe: quamquam id alioqui parcè, & cum delectu daret. *Idem ad Traianum lib.* 10. verbis ſe exprimere non poſſe, ait, quantum ſibi gaudium attulerit, quod dignus viſus eſſet iure trium liberorum, quod erat à Cæſare impetrandũ, *Martialis lib. 2. Epig.* 63. in præmium, carminum conſcriptorum petit id ius à Domitiano Cæſare.

Quod fortuna vetat fieri, permitte videri,
Natorum genitor credar vt eſſe trium.

& Epigram. ſubſequenti teſtatur id ius ſibi conceſſum.

Natorum mihi ius trium roganti
Muſarum pretium dedit mearum
Solus qui poterat ----

quibus enim ſeu viris, ſeu fœminis fato aliquo prouentus tot natorum negabatur, ijs lex, antea quidem per Senatum, nunc autem Principem iura gratificatur natorum, ita vt neque pœnis orbitatis obnoxij ſint, & præmia omnia multitudinis liberorum conſequantur, paucis ſaltem exceptis, ſcripſit Dio lib. lv. alioqui ſi per naturam potuiſſet fieri parens nõ impetraſſet huiuſmodi ius. *Martial. lib. 9. Epigr.* 68.

Vxor cum ſit tibi formoſa, pudica puella,
Quid tibi natorum iura Fabulle trium?
Quod petis à noſtro ſupplex, dominoque deoque,
Tu dabis ipſe tibi, ſi potes arrigere.

Militibus, quoniam ex legibus vxores ducere ijs non licebat, iura maritorum conceſsit Dio lib. lx. Iulius Cæſar, lege agraria lata, quam Iuliã dixerunt, agrum Campanum ad ſubſidia Reip. vectigalem relictum, diuiſit extra ſortem xx. millibus ciuium quibus terni, pluresque liberi eſſent, legitur apud *Sueton. in Iulio Cæſare cap. xx.* Quicunque liberos quinque habebat, vacationem à muneribus perſonalibus conſequebatur, l. fin. Cod. de his qui numero lib. vel paupert. excuſat. meruer. l. vnic. C. de ſumptuum recuperat. lib. x. & §. 1. Inſtit. de excuſat. tut. ſi verò 12. ſuſcepiſſet, etiam à cæteris muneribus excuſationem conſequebatur. l. ſi quis decurio. 24. Cod. de decur. lib. x. quod temporibus Aelij Pertinacis conceſſum eſt patri ſexdecim liberorum. Hodie ſufficit numerus 12. & licet in d. l. ſi quis decurio. Cod. de decurion. mentio fiat de patre decurio-

nc

ne tamen frequentiori DD. calculo, atteſtante *Theſ. deciſ.* 267. *numero* 4. in eam itum eſt ſententiam, tali prærogatiua gaudere quemcunque patrem tot filiorum meminit quoque huius receptæ ſententiæ. *Burſ. conſ.* 161. *num.* 1. multos recenſet *Surd. conſil.* 146. *num.* 16 *Feſtas. de collect. p.* 4. *cap.* 3. *num.* 71. *Chaſſan. in conſuetud. Burgund. des iuſtices, & droictur d'icelles, rub.* 1. §. 4. *verbo le droict de indirē. num.* 56. *& ſeqq.* atteſtatur opinionem Bart. & gl. ſeruari de conſuetudine. Statuto PP. *Rub.* 145. numerus fuit diminutus, quia decem filij ſufficiunt ad præſtandum ampliorem immunitatem.

Quoniam verò non minore laude dignus cenſendus is qui nouit parta conſeruare, quam qui eadem quærere nouit: ideò non minori diligētia inueſtigandum quo pacto immunitas iam quæſita conſeruari queat: Id autem aſſequemur, ſi vitabimus illa quæ poſſunt eam nobis abripere. In primis autem videndum, an per ſolutionem onerum immunitas hæc amittatur: qua in re duo diſtinguendi ſunt caſus, qui licet vniformiter determinentur, non tamen illorum determinatio ab eodem fonte procedit. Primus itaque caſus eſt, quando immunis ſponte ſoluit & non coactus: & quidem in hoc caſu dicendum eſt priuilegium nō tolli, quemadmodum ſi quis publici muneris vacationem habens, aliquem honorem excepto decurionatu ſponte ſuſceperit: ob id quod patriæ ſuæ vtilitatibus ceſſerit, vel gloriæ cupiditate pauliſper ius publicū relaxauerit, cōpetens priuilegiū nō amittit. l. 2. C. de his qui ſpōtè munera, &c. priuilegijs nihil derogant. l. volontariæ. 12. C. de excuſ. tut. & hac ratione, teſte *Guid. Papa* deciſū fuit in Gratianopolitano Senatu, nobilem nobiliter viuentem, non parare ſibi nocumentum quoad exemptionem à ſubſidijs, etiam ſi tribus aut quatuor annis ſoluerit ſubſidia, quod etiam reſpondidit *Alex. in conſil.* 33. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 5. adde *Hadr. Neguſant. ſyl. reſp. q.* 525. *num.* 5. ſi tamen ſolutio continuata fuiſſet per 30. annos, tunc diceretur priuilegio renuntiatum, vt apertè dicit Summ. Pontif. cap. ſi de terra 6. & cap. Accedentibus 15. de priuileg. & iuxta illorum diſpoſitionem reſpondidit *Iaſon. conſilio* 25. *numero* 2. *libro quinto.* concordantes citat *Surd. de alim. tit.* 4. *q.* 16. *nu.* 29. addo *Menoch. conſ.* 75. *nu.* 70. Porrò ratio noſtræ deciſionis illa eſt, quæ etiam maximè placuit. *Guid. Papæ. q.* 387. quia priuilegium hoc conſtat ex actibus ſucceſſiuis & reiteratis, vt propterea per peremptionem vnius actus, & quidem particularis, non poſſit in totum tolli *Bart. ad l.* 2. §. *maiores. ff. de decur. Gail. lib.* 2. *obſer.* 60. *nu.* 11. ſed neceſſaria ſit actuum contrariorum continuatio per longiſſima tempora, ſcilicet 30. vel 40. annorum, vt poſt Petr. & Cyn. notat. *Alex. in conſ.* 193. *nu.* 12. *lib.* 2. ne alioqui videamur admittere, induci tacitam renuntiationem, vltra id quod operari poteſt, actus contra certa iuris principia. Et hoc eſt quod dicitur ab Imp. presbyterum ſuſcipientem tutelam, vel curam non præiudicare ſibi circa alteram tutelam, vel curam. auth. presbyteros Cod. de epiſcop. & cleric. ſiquidem volontaria tutela munera priuilegijs nihil derogant l. volontariæ.

riæ.12.Cod.de excuſat.tut.Et hac ratione,teſte *Guid.Papæ*, deciſũ fuit in Gratianopolitano,nobilem nobiliter viuentem, non parare ſibi nocumentum quoad exemptionem à ſubſidijs, etiã ſi tribus aut quattuor annis ſoluerit ſubſidia,quod etiam reſpondidit *Alex. in conſil.33. num.2. & ſeqq.lib.5* adde *Hadrian.Neguſant.fil.reſp.q.525. num.5.* ſi tamen ſolutio continuata fuiſſet per 30.annos,tunc diceretur priuilegio renuntiatũ, vt apertè dicit Sum.Pont.cap.ſi de terra 6.& cap. Accedentibus. 15.de priuileg.& iuxta illorum diſpoſitionem reſpondidit *Iaſon conſil.25.nu.2. lib.3.Oſaſch.deciſ.91.num.22.* Non refragatur quod reſcripſit Imp. in l. 1. Cod.de his,qui ſpontè mun.publica ſubeunt, veteranos, qui cum poſſent ſe tueri immunitate his conceſſa, decuriones ſe fieri in patria ſua maluerunt redire ad excuſationem quam reliquerunt nõ poſſe, niſi certa lege,& pacto ſeruandæ immunitatis, vel partem eius honoris agnouerint. Etenim in decurionatu,id eo procedit, quia vt notat *ibid. nu. 2.* decurionatus ſit quoddam officium vniuerſale: videmus etenim ex decurionatu nos vocari ad alios honores,l.Honores,7.§.is qui.2.ff.de decur.& filijs eorum,quæ ratio placuit *Alex.in conſil. 33. num. 6. lib. 5. Gail. pract.obſer.lib.2.obſer.60.num. 12.* Hic obſeruandum ſolutionem factam à matre vti tutrice non nocere filio, eo quia neque etiam pacto expreſso id facere poſsit.*Syl.conſil.66.ad finem.* addit *Caphal.conſil.58.num.fin.*tutricem habere poteſtatem benè adminiſtrando non autem malè,quod refert,& probat *Surd.conſ.419.num.40. & ſeq.*

Secundus eſt caſus, quando iuſſu Principis exigitur ab immunibus, qui in hoc conuenit cum præcedenti,quia neque per ſolutionem cenſetur priuilegio renuntiatum;quoad collectas in futurum debendas : ſed hoc amplius in eo obſeruatur,quod neque etiam quo ad collectas ſolutas ſibi præiudicaſſet is qui ſoluit ; nam dicendum foret ipſum potius ſoluiſſe ne incurreret in indignationem Principis,non autem vt renuntiaret ſuo priuilegio: Vnde Sum.Pont.ait, nullam rationem veriſimile reddere, vt quiſquam beneficium multis fortè expenſis, & laboribus acquiſitum,quo ſuſtentari debet,facilè ſine magna cauſa ſua ſpontè reſignet. cap. ſuper hoc.5. de renuntiat.& in noſtris terminis id obſeruat *Alex.conſil.33.num. 10. lib. 5.* & quod coactè ſoluens ſibi non præiudicet obſeruat *Ruin.conſil.196.vol.1.in fine.*

Alter eſt modus amittendi priuilegij,quando quis ſcit ſe eſſe deſcriptum in libro onera ſoluentium,tamquam non eſſet immunis, & conuẽtus ad ſoluendum, non reclamat, aut appellat, tunc proculdubio ſibi præiudicat,id quod obſeruat *Ang.ex l.1.§.ſi quis verſ.ex alia cauſa.ff. quando appell.ſit,*vbi admonet hoc eſſe menti tenendum, quia neſcitur practicari. ſequitur *Ruin.conſil.107.num.2.*& alij cumulati à *Franc.Bec.conſil.101. num.10.lib.1.*& rurſus *conſil.136.num.11.lib.2.Dec.conſil.638.num.9.*vt meritò communem dicat hanc opinionem *Gabriel comm.lib.6.tit. do iure immunit.concl.1.*Ne refragatur quod ſcribit. *Iaſon in l.Beneficium col. vlt. in fine comm.verſ. Poſtremò nec.ff.de Conſtit.Principum.* nam *Balb. de præſcript. 4. p.princ.*

*p.princ.q.*30.*num.*7.*& ſeqq.* optimè defendit doctrinam Angeli, & oſtendit Iaſonem hallucinatum eſſe: quandoquidem credebat Iaſo n contra Angelum ſentiendum, cum *Bart.* qui *in l. forma.*4.§.*fin.ff. de cenſibus* obſeruauit quem poſſe petere emendationem cataſtri intra annum, quaſi ergo non ſit neceſſe appellare intra decem dies: & tamen Balbus obſeruat caſum Bartoli eſſe valdè diuerſum: quia Bartolus non loquitur de exẽpto deſcripto, ſed eo qui ſit ſolũ grauatus, qui ea ratione habet annum, quoniam vtitur iure cõmuni, exemptus verò nitatur priuilegio, quod facilius perditur. Vera itaque erit doctrina Angel. neque contraria erit traditioni Bartoli, ſed tunc demum ſibi locum vindicabit, quotiens immunis habuerit ſcientiam ſpecificam deſcriptionis, vt probat *Surd.conſ.* 267.*num.*7. & fortè hoc voluit. *Federic. de Scott.lib.*1. *conſil.*1. *num.*88. vbi ſcripſit, non ita facilè hoc modo amitti ius immunitatis: amplius neceſſe erit deſcriptionem eſſe factam animo, vt deſcriptus compellatur ad ſoluendum, quemadmodum colligit *Purpur.in conſil.*483.*a num.*12. doctrinæ Angeli meminit *Coſta in ſuo tract. de iuris, & facti ignorantia. diſt.* 10. *cent.*1 *num.*1. verumtamen cauendum eſt à declaratione quam ſubiungit *num.*2. quod ſcilicet illa intelligenda ſit quo ad onera præteriti temporis, & ad eam confirmandã citat *Decian.conſil.*41.*num.*91.*vol.*2. qui nihil minus probat, quam id quod à Coſta affirmatur: licet enim Decian. in ſpecie ſibi propoſita conſideret deſcriptionem in cataſtro factam, nec non ſolutionem ſubſequutam: non tamen intelligendum eſt, per ſolutionem ſubſequtam detrahi de poteſtate deſcriptionis præcedentis, aptæ tollere priuilegium in totum, quæ nota poſſet etiam inuri *Cæph.conſil.*58. *num.*93. quia in huiuſmodi materia non ita diſtinctè, vt par eſſet, loquitur: nam reſpondens difficultati propoſitæ, quæ deducebatur ex deſcriptione facta in libro, accedente etiam ſolutione, dicit requiri quòd ſolutio facta fuerit continuis annis triginta: & tamen verum eſt illam requiri eo tantũ in caſu, quo nuda ſolutio conſideraretur: alioqui quor ſum vellent DD. recurri ad remedium appellationis, & explicitè hoc notat *Gozad.conſil.*23.*num.*9.*verſ.Non obſtant contraria*. Dicamus modo aliqua de reuocatione, & licet regulam conſtituere poſsimus, priuilegiorum reuocationem eatenus robur habere, quatenus ad ſpecialia deſcẽdit, vt notat *Bald. ad l. non plures.* 3. *in fine. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſequitur *Menoch. conſilio* 1007. *numero* 72. tamen ex quo noſtrum hoc priuilegium eſt clauſum in corpore iuris, poſſet videri reuocatum per generalem diſpoſitionem, quaſi Princeps habuerit illius notitiam, vt dicitur obſeruaſſe *Ioan. Andr. in capitulo primo, de reſcript.* Attamen ſanior videtur doctrina *Bartoli authent. qua in prouincia. Cod. vbi de crimine agi oporteat, numero primo*, vbi notat priuilegia in corpore iuris concluſa non ita facilè tolli: vnde notat *Ioan. Thomas Mayer inter conſilia Albæ* 794. *numero ſexto*, priuilegium hoc immunitatis, non cenſeri ſublatum per quamcumque caſſationem quam faceret Princeps, ſed neceſſe fore, quòd in ſpecie ei derogetur.

L. Hac

Hac eadem ratione reſpondidit *Gall. conſil.* 85. ſtatutum denegans honorem Decurionatus immunibus, non includere immunes ob numerū 12. liberorum addit, & aliam conſiderationem, ſtatutum loqui de immunibus ſimpliciter, quales non ſunt ij qui gaudent eiuſmodi prerogatiua ob numerum 12. liberorum, quia ſunt immunes tantum, ab oneribus extraordinarijs, non autem ordinarijs: & clarum eſt, ſtatuta loquētia de caſu ſimplici non trahi ad mixtum. Quare neque etiam per communitatem tolli poterit hoc priuilegium, ita notat *Theſ. deciſ.* 267. *nu.* 10. & ſic cenſuiſſe Senatum illum affirmat. Iure quæri poteſt an priuilegiū hoc ceſſet, quotiens pater 12. liberorum eſt adeò diues, vt poſsit commodè onera ſuſtinere, & liberos alere. *Iac. Rebuff. ad l. ſi quis.* 24. *Cod. de decurion. lib.* 10. meminit Ber. tenentis illud ceſſare quaſi ideò conceſſum, vt grauatus educatione liberorum aliquo pacto ſubleuetur, l. ſemper 5. §. demonſtratur, 2. ff. de iure immunitat. debeat in alio ſubleuari, cum tamen ſciamus ipſummet numerum liberorum, etiam ſeiunctum ab onere educandi vacationem tribuere, quaſi quod is qui ditauit Remp. numero liberorum, l. 1. ff. ſoluto matrim. hac prærogatiua dignus ſit: valdè enim exoptandum, augeri rempublicam, & multis hominibus legitimè progenitis frequentari, l. Ambiguitates. 2. Cod. de indic. viduit. toll. vnde ſolebat dicere Hadrianus malle ampliari imperium hominū adiectione, potius quam pecuniarum copia, l. cum ratio. 7. §. ſi plures. 3. ff. de bonis damnatorum. Confirmantur prædicta, quòd liberis morientibus non intercidat immunitatis priuilegium, quemadmodum ſuo loco demonſtrabitur. Addamus nullam reperiri legē, quæ patris diuitias, aut paupertatem conſideret, vt obſeruat *Chaſſan. des iuſtices, & droit. d'velles, Rub. 1. le droict, de indire.* §. 4. *num.* 55.

Videamus modo qualem recipiat interpretationem hoc immunitatis priuilegiorum ob numerum 12. liberorum. *Gl. in l. ſi ita ſcriptum ſit* 45. *ff. de leg.* 2. notat ſtrictam recipere interpretationem, cuius traditionem ſequuntur *Alex. conſil.* 125. *num.* 10. *lib.* 2. aliud agens idem dixit *in conſil.* 2. *num.* 12. *verſic. ſimiliter probatur lib.* 1. *Dec. conſil.* 32. *num.* 4. *Menoch. conſil.* 297. *num.* 6. idque ex eo confirmatur, quòd tale priuilegium cōceſſum alicui, & poſteris non comprehendit eos, qui fœminis nati ſunt, l. 1. in fine, ff. de iure immunitat. & tamen in alia materia appellatione poſterorum venire deſcendentes ex fœminis planū eſt: Diuus enim Pius reſcripſit, inter liberos nepotem quoque ex fœmina contineri, l. fin. ff. de pollicit. Et certè non eſt mirandum, ſi antedictum priuilegium ſtrictè accipiatur: quoniam aggrauat alios ſecundum. *Iac. de Rebuff. ad l. ſi quis.* 24. *in fine. Cod. de decurion. lib.* 10. & eſt contra publicam vtilitatem, vt affirmat *Paul. Caſtrenſ. ad l. maritum.* 12. *num.* 7. *verſic. ſi autem concedatur, ff. ſolut. matrim. Alex. in l. quia tale.* 13. *num.* 5. *eod. tit. & dict. conſil.* 125. *num.* 10. *Dec.* pariter allegato *conſil.* 32. *num.* 5. & plenius *conſil.* 232. *num.* 4. *verſ. quæ dicit eſſe ſpeciale. Natta conſil.* 64. *num.* 2. *Peregr. de fideicomm. art.* 22. *num.* 37. de communi teſtatur. *Barboſ. ad l. quia tale.* 14. *num.* 37. *ff. ſoluto matrim.* cumulatè. *Curt. Sen.*

conſil.

Digitized by Google

*conſil.73.num.4.Syluan.conſil.4.num.*15.*Burſat.conſil.*244.*num.*15. quia onus quod erat per omnes ferendum, confertur in pauciores. *Surd.conſil.*140. *num.*49. & ob id difficilius ſuſtinetur, *Idem Surd.deciſ.*35.*num.*7. His ſuffragatur dictum *Decij in antedicto conſil.*32. *num.*4. priuilegium immunitatis ob numerum 12. liberorum eſſe contra ius commune *Oſaſch. deciſ.* 68. *nu.* 19. Et ex prædictis infert *Gall.conſil.*25.*num.*95. in dubio contra immunitatem pronuntiandum eſſe, *Burſat.* verò colligit, non eſſe extendendam immunitatem ad caſum cui verba non adaptantur. Neque his refragatur, quod notat *Menoch.in conſil.*486. *num.*2. immunitatem hanc eſſe ſecũdum ius commune, & ideò fauorabilem eſſe, & latiſsimè interpretandam, *Natta conſil.*1.*num.*3. ſequitur *Pappon.conſil.*157. *num.*4. *Ioan. Anton. Bellon. conſil.*69.*num.*8. quia reſpondetur diuerſo reſpectu poſſe dici ſecundum, & contra ius commune: non enim repugnat quod priuilegiũ hoc dicatur conceſſum à lege, & ſit clauſum in corpore iuris, & amplius ſit contra ius commune, ius nimirum illud quod à principijs naturalibus procedit. Ad id pariter quod legitur apud *Roland.à Valle, conſilio* 52. *num.* 3. *vol.* 2. benigniorem eſſe interpretationem quæ pro immunitate ſit, vtpotè, quia liberet à muneribus, arg.l. interpretatione.42. ff.de pœnis. Reſpondetur immunitatem per ſe conſideratam mereri begninam interpretationem, at collatam cum damno quod cæteri ſentiunt, duriorem eſſe reputandam: diuerſo itaque reſpectu ſtrictam, & latam interpretationem recipit priuilegium, ſiue beneficium immunitatis, vt declarat *Surd. conſil.*140.*num.* 140. *num.* 48. qui dum dixit immunitatem latè eſſe interpretandam in *deciſ.*123. num. 6. illam per ſe conſiderauit, ſiuè in ordine ad concedentem, & hoc reſpectu appellatur beneficium *Menoch. conſil.*486.*num.*2. & 20. & hic fuit ſenſus *Oſaſch.deciſ.* 95. *num.* 18. vbi dixit in dubio pro immunitate iudicandum, tractabatur enim de tranſactione inita inter ciuitatem, & priuatum, quia ciuitas liberabat hunc à præſtatione collectarum. Sic etiam *Pappon.dicto conſil.* 157.*num.* 7. conſiderans perſonam exempti, benè meriti de Republ. ob numeroſam prolem quam ei procreauit, dicit priuilegium huiuſmodi latè eſſe interpretandum. Reip. namque intereſt ciuitatem liberis hominibus repleri.l.1.ff.ſolut.matrim.l.2.ff.de iure dotium, l.hoc modo.64. ff.de condit.& demonſtrat.l.2.Cod.de indict.viduit.toll.l. cum ratio.7.§. ſi plures.3.ff.de bonis damnatorum. iuſtum autẽ eſt quod vtilitas allata Reipubl. per patrem familiæ, tam numeroſę, aliquo pacto compenſetur *Gabr.conſil.*161.*num.*2.*lib.*2. vt ob id etiam poſsimus dicere cum *Decian. conſil.* 51.*num.*27.*vol.*3. latè fore interpretandum hoc beneficium, tamquam ob cauſam conceſſum. Demum conſiderandum num portiò exemptorũ accreſcat cæteris ſubeuntibus onera; & quidem illam accreſcere ſenſerunt *Bart.ad l.omnibus.*107.*num.*1.*ff.de leg.*1.*Bald.ibid, Paul.Caſtrenſ.conſ.* 187. *ſub num.*5.*verſic.ſed & tertiò dico, p.*2. refert. *Boſſ.de Principe num.*164. Accedit *Pappon.conſil.*157.*num.*10. Hæc ſententia probatur primo per tex. in dicta l. Ab omnibus, quia ſancitum, grauamen iniunctum heredibus fo-

re in totum ſubeundum, licet vnus à teſtatore eximatur, ſecundo quia onera à quibus eximuntur immunes, ſunt vniuerſorum, & non ſingulorum, & propterea vno ſublato, non diminuitur vniuerſitas, vt conſiderat *Bald. ad dictam l. Ab omnibus, & iterum in cap. ſecundo requiris.* 41. *nume.* 6. *de appellat. Felyn. ad cap. Accedentes,* 11. *numero* 8. *de præſcript.* vt non mirum ſi alij integrum onus portent. Neque refert quod in præiuditium aliorum id tendat, quicquid dicat *Feſtas. de collect. p.* 4. *numero* 85. quia in cōtrarium eſt veritas communiter approbata, & non ſit incongruum vt Princeps poſsit tollere ius aliorum, ab eodem Principe poſitum *Natta conſilio* 160. *numero* 36. *& ſeqq. & conſil.* 397. *num.* 12. *verſ. attamen quando.* Additur immunitatem hanc vti iure communi introductam, & non cōſtitutam ſola Principis liberalitate, in præiudicium aliorum, & non ipſius Principis cedere: ita reſpondidit *Hieronim. Pappon. conſil.* 157. *nu.* 10. *Coſta de portione ratæ, q.* 146. *num.* 8. Et in terminis noſtrę Conſtitut. loquitur Plot. in indice ad iſtum tit. verſic. ſequitur, vbi refert ſe ex facto reſpondidiſſe, & obtinuiſſe ſententiam à Magiſtratu 18. Iunij 1549. *Gall. conſil.* 1. *num.* 74. & ipſe id notat, *& conſil.* 3. *num.* 31. teſtatur ſeruari in noſtris partibus, & licet dicat contrariam ſententiam eſſe magis receptā, tamen non ita gratis ei aſſentirer. Annotat quidem *Boſſ. in tit. de Principe, num.* 164. quod ſi ſupplicetur per grauatos, tenetur Princeps illos ſubleuare, ſubiungens quod dum munus fiſcalis obiret, ſe fuiſſe ſententiæ, quòd priuilegia exemptionum non approbarentur à Senatu, niſi prius facta grauaminis diminutione. His prælibatis, veniendum eſt ad interpretationem ipſius tex.

Quicunq;) Hæc dictio videtur oēm ſcrupulū remouere, ei qui potuiſſet dubitare, nū numerus 12. liberorū ita matri, vt patri vno, & eodē tēpore prodeſſe deberet: quemadmodum optimè determinat *Vincent. de Franch. deciſio.* 259. penſata ſola diſpoſitione iuris communis; licèt enim eo, vt plurimum fiat mētio de patre, & non de matre, vt in l. ſi quis decurio. 24. Cod de decurion. lib. 10. & in l. ſemper. 5. §. demonſtratur, 2. ff. de excuſat. mun. tamen quia conſtat æquè matrem, ac patrem liberari ab oneribus perſonalibus numero liberorum l. de perſonalibus. 5. C. de his qui num. liberorum. lib. 10. dicimus, & ipſam eximendam à patrimonialibus in quibus nil amplius requirimus, quam numeroſiorem propaginem: neque maior conſiderari poteſt ratio in patre, quam in matre, quæ ante partum eſt onerosa, nam ille eſt mulieris portio, l. 1. §. ex hoc. 1. ff. de inſpiciendo ventre: in partu verò doloroſa, & poſt partū fatigoſa, cum triennio filium nutrire teneatur, vt poſt gl. & Azonem notat *Bald. ad l. Nec filium.* 1. *Cod. de patr. poteſt.* Cæterum legiſlatores, nec non Imp. patris, & non matris mentionem fecerunt, quia rarò poterat tale beneficium matribus prodeſſe, cum vt plurimum ducantur cum dote conſiſtente in pecunia numerata. Ex huius particulæ generalitate colligit *Menoch. in conſil.* 600. per totum. patrem 12. liberorum poſsidentem bona in hoc dominio, ſed habitantem extra, gaudere priuilegio immunitatis,

Digitized by Google

nitatis,tum quia propriè dicatur ſubditus,tū quia ligetur diſpoſitione earumdem Conſtit.vt ob id etiam debeat frui commodo ab iiſdem prouenieute,accedente etiam natura materiæ qua de agitur, quæ amplam recipit interpretationem.

Duodecim liberorum.) In dubium reuocatum fuit in Regia Camera Sūmariæ,an filius,qui pancis horis poſtquam natus fuit deceſsit, deberet prodeſſe patri ad obtinendam immunitatis prærogatiuam, vt videre eſt apud *Camillum Borellum conſil.*28. & quidem qui affirmatiuę ſententiæ ſubſcripſerunt, eo potiſsimum fundamento innitebantur, quod hic filius videretur natus in octauo menſe,& ita ex medicorum ſententia ſtatim moriturus, vt ob id exiſtimauerint nōnulli pro non nato habendū, *Clar.§.teſtamentum,q.45.nu.3.Pariſ.conſil.56.num.9.lib.2.Odd.conſ.28.nu.* 12. *Burſat.conſ.63.nu.*18. vbi teſtatur de communi,licet *num.*19.citet atteſtā tes verius eſſe,quòd tales filij faciāt deficere conditionem,*ſi ſine liberis: Bonifacius Rugerius conſ.1.vol.1.Sempron.Aſcia determinat* 8. *num.* 16. *& ſeq.* Qua ratione notarunt feudiſtæ, fœminam excluſam per maſculum qui ſtatim deceſsit,non ita cenſeri excluſam,quin poſsit rurſus admitti: id notat *Io.Ferrar.in vſu.feud.cap.8.verſ.ſunt tamen etiam Rhoſental.in ſynopſ.iur. feud.cap.7.concl.45.num.1.& ſeqq.* eo quia naſcatur in 6.vel 8.menſe. Prædictis accedit *Socin.Sen.in conſil.275.num.*20.ſcribens filium,qui ſecūdum iudicium obſtetricum viuere non poterat, quique ſtatim deceſſerat, non facere deficere fideicommiſſum. Hæc ratiocinatio non eſt vſquequaque vera: In primis etenim non eſt bona conſequentia, non diū vixit, ergo eſt natus in octauo menſe;nam potius præſumendum eſſet partum eſſe ſeptimeſtrem, hancq; præſumptionem probauit Rota Florenr.teſte *Magonio deciſ.*41.reſpicimus enim ad conſuetum ordinem naturæ ſecundum *Bald.ad l.ſeptimo menſe* 12.*num.*4.*ff.de ſtatu hominum*. quod dictum refert *Socin. Iun. conſil.* 35. *num.* 25. *lib.* 2. Secundò non probatur ſententia *Socin.dicto conſilio* 275.*numero* 20. quia allegat *Bald.ad leg.*3. *Cod. de poſthum.hæred.inſtituend.* qui contrarium pœnitus tenet: nam in l. 2. dicit cum Imperatore, nil referre quod natus ſtatim decedat, quia nihilominus teſtamentum rumpitur, In l. 3. nihil diuerſum ſcribit, ſed tantum conſiderat num ſit perfectè natus, ad nullum declinans monſtrum, aut prodigium: allegat etiam ad confirmandam ſuam ſententiam Alexand. qni, & ipſe potius contrarium tenet: nam reſpondit rationibus per Paulum Caſtrenſem conſideratis, & quidem ad illam quam deducit ex leg. ſeptimo. 12. ff. de ſtatu hominum, à contrario ſenſu,reſpondet procedere illius diſpoſitionem quoad cognoſcendum an partus ſit legitimus: concluſio eſt, natum in ſeptimo menſe ex iuſtis nuptijs, iuſtum filium eſſe: contrarium erit,natum ante ſeptimum menſem non eſſe iuſtum.Ad ſecūdam rationem, quod pro non nato habēdus ſit is,qui non pōt viuere per rerū naturam,eo quia ſit natus in ſexto menſe.Reſpōdit ſe nō videre rationem diuerſitatis,quòd

magis

Digitized by Google

magis pro mortuo reputandus ſit ij qui ſtatim deceſſurus eſt quia natus in ſexto, quam alter, qui ob aliam quamlibet cauſam decederet: quinimmò non integrè natus, quia non adhuc eſt ſeptem menſium, vt ibi exempli gratia animaduerti Ang. rumpit teſtamentum. l. quod dicitur. 12. ff. de liber. & poſthum. neque refert quod illico decedat, l. 2. & 3. Cod. eo. dicamus præterea aliquid de illo articulo magnis contentionibus diſputato apud veteres, & etiam recentiores iuris interpretes: cui rei anſam præbuerunt philoſophi, & medici qui variè ſcripſerũt de antedicto articulo. *Ariſtot. lib. 7. de nat. animal. cap.* 4. dixit ex natis menſe octauo per paucos ſeruari, quod etiam affirmauit *Plutar. in 5. de dogm. philoſoph.* id reijciens in aſpectus planetarum, & mundi diſsidentiam. Ex medicis autem. *Hippocrates in libro de partu octimeſtri*, negat huiuſmodi partum viuere poſſe, id confirmans longa experientia in libro de carnibus; quod etiam obſeruauerat Auicenna, & *Alex. Aphrodiſaus in 2. problem. cap.* 4. quique has partes tuentur adducunt triplicem rationem: Primam aſtrologicam; quòd Saturnus inchoando primum menſẽ partus, rurſus in octauo affulgeat, & infelici ſuo aſpectu partus necet: quo nomine *Cœl. Rodig. antiq. lect. lib. 19. cap. 22. verſic. ſed enim nec illud*, partus octimeſtres in proſperos appellat. Secunda eſt arithmetica, quia numerus octonarius ſecundum arithmeticos eſt imperfectus. Tertia verò eſt naturalis: quia partus iam perfectus exiſtens in ſeptimo menſe, venire in lucem nititur, & ſi non exeat, ob huiuſmodi colluctationem redditur imbecillior: proinde ſi ſequenti menſe naſcatur nondum reaſſumptis iuribus, nequaquam viuere poteſt. Non negauerim has partes videri ſatis ſtabilitas rationibus, & authoritatibus: verum ſi è conuerſo conſideremus eoſdem authores alibi contrarium affirmaſſe non adeò difficile videbitur illas euertere. Vt autem ab *Ariſtot.* exordiamur de *generat. animal. lib. 4. cap.* 4. ipſemet concludit, natos in octauo menſe viuere poſſe: illius verba ſunt: Cœteris animalibus vnum eſt tempus ferendi vteri, homini plura ſunt, quippe cum, & menſe ſeptimo, & decimo naſcantur, atque etiam inter ſeptimum, & decimum. Qui n. menſe octauo naſcuntur, & ſi minus, viuere tamen poſſunt. Pluth. lib. 5. de dogm. philoſoph. de naſcente octauo menſe ita diſſerit. Polibus & Diocles octauum quoque menſem agnouere genitalem, & ſi languidiorem quodammodo, quoniam permulti ex infirmitate perierunt, ferè tamen octimeſtres non pauci in viuos euaſerunt. Auicenna in 9. de animalibus, & Fen. 21. lib. 3. tract. 2. cap. 1. & ipſe admittit tales partus viuere poſſe. *Aul. Gell. lib. 3. cap. 16. noctium Atticarum*, refert Cecilium poetam dicentem, quod ſolet mulier parere ſeptimo, octauo, nono, & decimo menſe: & melius dixiſſe, quam illi, quia numquam gigni octauo menſe dixerunt, & rarenter ſeptimo: verſus Cæcilij hi ſunt,

Inſolet ne mulier decimo menſe parere?
Tol nono, etiam ſeptimo; atque octauo.

Cæſo-

Cæſoniam, vxorem Caij Principis, octauo menſe genitam refert *Rodrig.antiq.lect.lib.22.cap.13.* circa Principiũ. ex Veſtilia matre teſte *Plin. natural.hiſtor.lib.7.cap.5.* vbi etiam in vniuerſum obſeruat in Italia vitales eſſe partus octimeſtres, cum prius translatitium eſſet in Aegypto gigni octauo menſe. Rationes quoque non ſunt tanti faciendæ, ſi attentius conſiderentur; Aſtrologicam ſiquidem reprehendit Io. Picus Mirandulanus, in libro quem conſcripſit aduerſus Aſtrologos: Arithmetica verò non eſt concludens, quia non conuenit inter medicos quot diebus perficiatur partus: alij enim 30. alij 40. diebus, qui ſepties multiplicati conſtituunt ſeptem, aut nouem menſes: & ſi ratio prędicta non efficit, vt partus decimeſtris ſit mortalis, non etiam faciet in octimeſtri. Naturalis, & ipſa admittit ſimilem inſtantiam: cum enim partus in nono menſe ſit perfectior, & firmior, maiori vi nitetur erumpere, & viribus debilior remaneret.

Obſeruandum quoque in numero hoc duodenario computari fœminas, quia vt conſiderat *Roland.conſil.52.num.4.vol.2.* proſunt, & ipſę patri ad excuſationem à muneribus perſonalibus, l.fin.C.de his qui num. liber.lib.10. vt in munere tutelæ conſtat ex l.2.§.Non ſolum, 7.ff.de excuſat.tut. addit aliam rationem *Theſſ.deciſ.267.nu.5.* quod in fauoralibus maſculinum concipiat fœmininum. Porrò in eodem numero computabuntur etiam nuptæ, vt ex *Boſſ.de Principe num.155.* obſeruat *Roland.conſil. 52.num.5.vol.2.Camill.Borell.conſil.28.num.56.* & de obſeruantia teſtatur, *Theſſ.deciſ.267.num.5.Caualcan.de brachio regio, p.6. num. 400.* & confirmauit Sen. noſter 7. Maij 1552.

Sed, & emancipati proſunt, cum non ſit neceſſe filios eſſe in poteſtate patris, l.2.§.incolumes, 5.ff.de vacat. mun. & per illum tex. ita tenet *Theſſ.deciſ.267.num.5.in fine. Roland.à Valle conſ.52.num.5.vol.2.* & id etiam fuit declaratum per Senatum 7. Maij 1552.

Adoptiui verò non proderunt, teſte *Theſſ.deciſ.267. num.12. Roland. à Valle, d. num. 5.* nam adoptiuos filios non proficere in numerum eorum liberorum, qui excuſare parentes ſolent, docet Vlpianus in l.2.§.adoptiui.2.ff.de vacat.mun.

In cauſa D. Scipionis Nouarienſis, & fratrum de Gallarate declarauit Sen. computari moniales die 29. Nouemb. 1553.

Quid ſi pater habuerit 12. liberos, ſed tempore petitæ immunitatis numerus ſit diminutus anne erit locus priuilegio. dubitationem facere videtur, id quod colligit *Bald. ex l. Spadonem. 15.§.qui abſolutus. 13. ff. de excuſat.tut.* non ſatis eſſe ad obtinendam excuſationem, quòd conſtet aliquo tempore ante habuiſſe numerum liberorum ſufficientem ad prębendam excuſationem, quoniam hoc pariter ſe habet ad actum permanentem, & tranſeuntem, & æquè poſsibile ſit eoſdem adhuc viuere, & aliquos ex eis deceſsiſſe ſubiungit *Imol.conſil.77. ſub rubr. de iure communit.* requiri declarationem Iudicis, ſaltem ſuper facto. ſuffragatur quod legitur apud *Alex.in conſil.27.num.7.lib.7.* ad dignoſcendum an teſtamẽ-

tum

tum prætetitione filij ſit nullum, non ſatis eſſe quod conſtet ipſum vixiſſe ante conditum teſtamentum, & fortaſſe id voluit declarare Sena. quando anno 1593. die 20. Februarij dixit, huic immunitati non debere eſſe locum quoad abſentes, mortuos, & religioſos. Econtra alij tenent, ſatis eſſe quòd quandoque fuerint viui omnes, ſtatim enim lex beneficium tribuit, eo autem conceſſo quandiù vnus illorum ſuperuiuit, & non proſiliant ad diuiſionem competit immunitas: vnde ſi antequam fuerit petita aliquis decedat non oberit petenti illam, *Raud. de analog. li. 1. cap. 22. num. 139. & ſeq.* poſt *Purpur. in conſil. 38. volum. 2. feud. diuerſ.* Bob. dub. 8. & ſi vera eſt ratio qua mouetur Purpuratus, friuola erit declaratio quam ſubiungit Angelus de Eccleſia ad finem dicti conſil. 38. immunitatem vindicaturam ſibi locum quo ad bona tantum quæ tenebat ante diminutum numerum 12. liberorum: ſi quidem ad determinandum, num immunitas extendatur ad bona poſtea quæſita, nil referat iam ſit petita immunitas vel non, ſi in confeſſo eſt legem ſuum effectum producere, ſtatim ac pater ſuſcepit liberos. Ego crediderim hodiè omninò neceſſarium eſſe, quod tempore petitionis omnes viuant, cum non declaretur quem gaudere immunitate, niſi clarè conſtet de numero per probationes concludentes: verum tamen eſt, quod ſi aliquis pendente petitione deceſſerit, priuilegio, adhuc fiet locus, vt declarauit Senat. anno 1571. 15. Iunij ad preces Caroli Tertij.

In vtero) etiam ita obſeruari teſtatur *Boſſ. de Principe num.* 155. *Roland. à Valle conſil. 52. num. 6. vol. 2.* alioqui is qui in vtero eſt, alij antequam naſcatur, nequaquam prodeſt, l. qui in vtero. 7. ff. de ſtatu hominum: Senatus tamen declarauit neceſſe eſſe quòd viuus naſcatur ſaltem iudicio obſtretricum peritarum in arte *Coſt. de retrotract. cap. 2. num.* 4. licet enim per rerum naturam certum ſit ex muliere prægnante poſſe naſci filium, tamen niſi poſtea editus fuerit partus non proficiet venter prægnans. l. cum quidam. 30. §. quod dicitur. 1. ff. de adq. vel omitt. hered. vt in ſimili obſeruat *Bart. ad l. cum ſine præfinitione, 19. ff. quando dies leg. cedat. Socin. Iun. conſil. 35. num. 18. vol. 2.* vbi declarat legem, qui in vtero. Qui igitur in vtero eſt, poterit ea ratione prodeſſe, quia ſi alicui vndecim liberi ſint, & vxor gerat ventrem, petet beneficium immunitatis, & petituro non oberit, ſi interim donec in lucem veniat is qui in vtero eſt, decedat aliquis iam natorum: & hic eſt germanus ſenſus noſtrarum Conſtitutionum, vt credendum ſit à recto tramite deuiaſſe *Polydorum Ripam de actis in articulo mortis, cap. 3. num.* 13. Aliud exemplum habemus de fœtu in vtero exiſtente, & pro nato habito, ſi poſtmodum naſcatur, in l. cum pater. ff. de negot. geſtis vbi tutor datus poſthumo, ſi interim adminiſtrauerit, & poſtea naſcatur poſthumus, vſque ab initio tenetur actione tutelę.

Non comprehendantur illegitimè nati.) Iure communi legitimati cõprehenduntur, vt præſupponunt *Ruin. conſil. 124. num. 5. vol. 4. Roland. conſil. 52. num. 5. lib. 2. & conſil. 67. num. 18. vol. 3. Franciſc. de Ponte, conſil. 16. num. 20.*

Meno-

*Menoc.cõſ.*1026.*n.*5.& ſm̃ hanc ſententiã iudicauit Sen.PP.teſte *Theſſ.deciſ.* 267. *n.*7.quia habeantur pro legitimis,c.tãta.qui filij ſint legitimi,& cõprehendãtur in ſtatuto excludẽte fœminas propter maſculos legitimos *Menoc.conſ.*687.*n.*37.In tm̃ autẽ legitimati cõprehenduntur in num. 12. liberor.vt *Ruin.d. conſ.*124. rñdiderit, legitimatum,etiã poſt declarationẽ factam à magiſtratu,priuilegiũ competere,ſuffragari patri : quando quidem legitimatio retrotrahatur ad tempus priuilegij , faciatq; illud reuiuiſcere,& fingatur legitimatũ,retronatum legitimũ, quo tamen ad exemptionẽ onerũ ſoluẽdorũ poſt ipsã legitimationẽ. Id pariter procedit quotiẽs filius naturalis ingreſſus eſt religionem, qm̃ eo pacto legitimetur vt ex Gulm. de Cun. obſeruat *Bal.in l.*1.*nu.*32. *C. de ſacroſ. eccleſ.* & pluribus cõprobat *Frãciſ. de Pon.cõſ.*16.*per tot.*& aliqua etiã addit *cõſ.*17.

Præter legitimatos per ſubſequens matrimonium) & meritò, cum legitimatio per ſubſequens matrimonium ſit fortior quacunque alia,vt proſequitur,multis argumentis id oſtendẽs.*Roland.à Valle, conſil. vlt. volum.* 2. *Menoch. conſil.*174.*num.*14.*& conſil.*227.*Mantic.de coniect.vlt. volunt. lib.* 11. *tit.*12.*num.*1.cum eis tranſit *Gratian.diſcept.forenſ.cap.*218. *nume.*29. *& cap.* 754.*num.*15.*& ſeq.* eſt fauorabiliſsima *Surd.de alim.tit.*8. *priuileg.*67. *nu.*5. Inde videmus legitimatum per ſubſequens matrimonium ſuccedere in iure primogenituræ, licet non ſuccedat legitimatus per reſcriptum, vel oblationem curiæ, *Molin.de primog.lib.*2.*c.*11.*nu.*23.*Menoch.conſ.*794. *n.*12. qui multa alia colligit *in conſ.* 227. quæ in ſpecie conceduntur legitimatis per ſubſequens matrimonium , & non alijs:quia talis legitimatio eſt omnino fauorabilis, cæteræ verò ſint odioſæ, *Gratian.diſcept.forenſ. c.*653. *n.*23.Eadẽ rõne obſeruat *Gail.li.*2.*obſ.*141. legitimatũ p ſubſequẽs matrimoniũ,excludere fœminã ex diſpõne ſtatutaria:& qui cupit intelligere ꝓrogatiuas cõceſſas legitimatis per ſubſequens matrimoniũ adeat *Cou.* ad tit.de ſponſ.*p.* 2.*c.*8. §.2.*à n.*21.*vſq; in fin.*& alios DD.in vnũ congeſtos ab *Aug. Barboſ. in ſuis collect. ad li.*4. *decret.tit.*17.*c.*6, *à nu.*17. *vſq; ad* 30.

Nec nepotes) Ad ſedandã cõtrouerſiã,quæ de iure cõi erat ſuſcitata, vt videre eſt apud *Frãch.dec.*259.*à nu.*14.vbi optimis rõnib.cõcludit pro negatiua inter quor illa eſt potiſsima,ꝗ quẽadmodũ in excuſatione à munerib.perſonalib. nõ proſũt niſi quatenus in locũ patris intrãt §.1.Inſt, de excuſ.tut.& l.2.§.nõ ſolũ.7.ff. eo. licet quotquot nepotes ex vno filio fuerint,pro vno filio cõputẽtur,& notat *Alber.ad rub.de mun.& hon.n.*88, ita vbi agitur de excuſ.à muner.patrim. idẽ dicendũ ſit : nã inquit *Rolã. conſ.*52.*n.*7.*vol.*2.ſi non admittũtur quando tractatur de excuſ.conced.à muner.perſon.quæ facilius admittitur,quid dicemus de ea, quę tribuitur à patrimonialib.quę nõ ita de facili habet locũ.Hæc rõ non multum efficax viſa eſt *M.Ant.Roueſc.ſcholio ad conſil.Alex.* 123. *lib.* 5, eo quia liberorum appellatione comprehendantur etiam nepotes , non aduertens largam illam ſignificationem non habere locum , quando materiæ magis appropriatur ſtricta interpretatio:licet pro eius opinione faciat authoritas *Theſ.deciſ.* 267. qui atteſtatur Senatum illam amplexum fuiſſe

Digitized by Google

eo, quia militet eadem ratio educationis, & quod vt filij, ſic & nepotes ſunt in poteſtate aui. *Menoch. conſil. 486. num. 29. verſ. quarta eſt dubitatio.* At enim verum eſt immunitatem tranſire ad nepotes, eoſque repræſentare perſonam patris *Socin. Sen. conſil. 59. num. 6. lib. 1. Natta conſil. 64. nu. 13. Menoch. conſil. 486. poſt num. 28. Rol. à Valle conſil. 52. num. 7. vol. 2. Alex. Trentacinq. var. reſolut. lib. 1. reſol. 1. tit. de iure immunit.*

Seruentur immunes.) Non ſolum quoad bona quæ tenent tempore conceſſæ immunitatis, ſed etiam quæ poſtea acquirent: quia nihil fuerit exceptum, & in beneficijs ſit pleniſsima interpretatio adhibenda, & quia non debeat vna eademque ſententia diuerſo iure cẽſeri, cap. quia circa. 22. de priuileg. *Bart. in conſil. 59. num. 4. lib. 1. Iaſon. conſil. 25. numero 1. vol. 3. & conſil. 170. num. 44. lib. 2. Natta conſil. 64. num. 9.* & rurſus *conſilio 66. num. 13.* repetit *conſil. 328. num. 4. Oſaſch.* qui de veriori, & crebriori ſententia teſtatur *deciſ. 136. num. 1. Menoch. conſil. 486. in fine. Burſat. conſil. 16. nu. 77. Ruin. conſil. 217. num. 17. Pariſ. inter conſil. Albæ conſil. 336. num. 7. & ſeqq.* illa potiſsimum ratione quòd potuerit huiuſmodi caſus præuideri *Bald. in conſil. 406. ſuper facto, num. 2. verſ. In contrarium facit, vol. 5.* vbi conſiderat num verba immunitatis ſint aliquibus finibus coarctata. *Idem in conſilio 112. de generali natura, num. 4. vol. 2.* cum enim contineatur remiſsio eius, quod exigi in vniuerſum poſſet, venient etiam ea quæ in futurum deberi incipient, ſequitur, *Natta conſil. 340. num. 3. Gall. conſil. 13. num. 14.* Et licet *Bald. in conſil. 112. quæritur qui intelligantur, num. 4. vol. 1.* reſtringat ad immunitatem tendentem in præiudicium concedentis tantum, & non aliorum, vt contingit in noſtra ſpecie, & conſiderat etiam. *Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 13. num. 9. verſic. decimo quinto.* & animaduertit rationem deciſionis, quæ habetur in cap. quia circa de priuileg. ex eo deſcẽdere, quòd agatur de ſolo præiudicio concedentis, & eumdem ſenſum habuerant Hoſtienſ. & Io. Andr. teſte *Abbate ibi, num. 3.* confirmat *Natta conſil. 340. num. 1.* Attamen talem diſtinctionem confundunt, *Imol. in l. damni. §. ſi is qui. ff. de damno infect. Alex. conſil. 179. num. 15. lib. 2. Iaſon. conſil. 170. n. 43. & ſeq. vol. 2.* qui vnanimes affirmant, priuilegium exemptionis porrigi ad prædia quæſita poſt conceſsionem immunitatis, & ſi immunitas illa cedat in detrimentum tertij: probantque ſuam ſententiam per cap. ex parte, & cap. penult. de decimis. Confirmantur prædicta alijs ſimilibus: nã qui poteſt tenere animalia in paſcuis, poterit etiã tenere animalia futura, vt ex Barbatia notat *Chaſſ. in cõſuet. Burg. rub. 9. §. 4. gl. pen.* pari rõne videmus pacẽ factã inter duas ciuitates pro ſe, & ſubditis ſuis, extendi ad ſubditos poſtea quæſitos, *Natta conſil. 160. num. 29. Iaſon conſil. 170. nu. 43. vol. 2.* Procurator quoque conſtitutus ad omnes cauſas, intelligetur cõſtitutus ad cauſas futuras, *Natta d. conſil. 160. num. 23.* Priuilegium datum ciuibus, extenditur ad futuros. Idem *Natta conſil. 340.* Homines quoque exempti ab onere ſoluendi pedagium, erunt exempti nedum intuitu terrarum quas poſsidebat dominus tempore conceſsi priuilegij, ſed etiam poſtea *Guido Papæ, quæſt. 489.* Tandem dum hæc controuer-

ſia

ſia orta fuiſſet in hoc dominio, & coram Senatu agitaretur anno 1616. referente perill. Sen. Gallarato, cenſuit Senatus extendi ipſam immunitatem ad bona poſtea quæſita: quod etiam ſancitum fuerat anno 1571. 2. Iunij quando ad preces Io. Mariæ, & fratrum de Paterno reſcripſit Prętori Cremonæ, & die primo Settembris 1584. Neque refragatur diſpoſitio quæ legitur in principio tit. 9. de oneribus, nam cum huiuſmodi priuilegium in corpore iuris communis reperiatur, non cenſetur illi derogatum per ſtatutum, vel decretum: tanto minus in noſtro caſu, cũ decretum illud generale ſit præcedens, & præſens hoc noſtrum ſubſequatur: ita ratiocinatur. *Plot. in indice præmiſſo tractatui de in litem iurando*, vbi verba facit de decreto Mediolani ſub rub. de immunitate, & iure 12. lib. eum ſequitur *Gall. conſil. 59. nu. 83.*

Exinde filij ipſi decederent) fortè id expreſſum ad tollendam ambiguitatem quam in animis noſtris reliquerunt interpretes: quemadmodum factum fuiſſe à Bononienſibus ſuo ſtatuto referr *Alexand. ad l. ſi cum dotẽ. 22. §. ſi maritus. 7. ſub finem, num. 6. ff. ſol. matrim.* de ardua hac quęſtione tractat *Io. Andr. in Reg. decet. de reg. iur. in 6. in mercurial.* vbi viuis rationibus concludit, beneficium immunitatis durare etiam poſt mortem aliquorum ex filijs: quia beneficium ſemel conceſſum perdurat donec aliquæ reliquiæ extant: qua ratione obſeruarunt ſcribentes, minorem non petentem tutorem pupillo non priuari ſucceſsione etiam ſi maior factus, non eſt vltus necem, *Fulgoſ. conſil. 52. num. 4.* Contrariam ſententiam in puncto iuris veriorem eſſe affirmat *Alex. ad l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. 7. num. 7. ff. ſol. matrim.* cui illa ratio viſa potiſsima, quòd morte filiorum ceſſet cauſa concedendi priuilegium, & propterea debeat etiam ceſſare ipſum priuilegium, tamquam à tali cauſa procedens, & cauſam exprimit *Alc.* defendens Alexandrum *reg. 1. pręſũp. 36.* quo pater poſsit cõmodius alere filios, l. ſemper, 5. §. demonſtratur, 2. ff. de iure immunit. proinde deficientium facultatibus, ad munera, vel honores qui indicũtur, excuſatio non perpetua, ſed temporalis eſt. nam ſi ex voto honeſtis rationibus patrimonium incrementum acceperit: ſuo tempore an ſit idoneus aliquis ad ea, quę creatus fuerit ęſtimabitur, l. cura extruendi, 4. §. deficientium. 1. ff. de muner. & honor. l. Ab his. 10. §. auctis. 3. ff. de vacat. muner. Addit *Alc. loco citato*, legem generaliter loqui, & in ea lege, filios defunctos non prodeſſe ad excuſationẽ, l. fin. ff. de vacat. mun. & l. fin. Cod. qui numero lib. ſe excuſ. vnde videmus, filium captum ab hoſtibus, nec dum reuerſum, non prodeſſe fratri. l. filium. 2. Cod. de his qui numero liberorum, vel paupertate, &c. & proinde qui vult ſe excuſare, probabit eo tempore, eſſe numero filiorum conſtituto oneratum, l. 2. §. qui ad munera. 3. ff. de vacat. & excuſat. mun. Ego non recederem ab opinione Io. Andreæ, cuius meminit *Fulgoſ. dicto conſil. 52.* & quã multis confirmat *Ripa ad l. Ex facto. 35. nu. 13. ff. de vulg. & pupill.* ſequitur *Anania conſil. 105. Bald. conſil. 117. vol. 1. Decius cap. cum ceſſante, num. 11. de iudicijs. & conſil. 24. num. 4. Hippol. de Marſil. ad l. etiam, num. 4. ff. de quæſt. & ſing. 657.*

M 2 *num. 2.*

*num.*2.vbi multos citat eiuſdem opinionis, & dicit ab ea non eſſe recedendum,ſed amplectendam, *Roland.conſil.*52. *num.*49. *vol.* 2. qui teſtatur de communi, *Menoch.conſil.*486.*num.*24.*Barboſ.ad l.quia tale*, 14. *num.* 19. *ff. ſoluto matrimonio. Burſ.conſil.*161.*nu.* 3. in eadem opinione reſidet. *Paſcal. de viribus patr.poteſt.p.*4.*cap.*10.*num.*18.*Martinus Laudēſis de fiſco, quaſt.*198. & dicit ſe obtinuiſſe in cauſa illorum de Caſate Laudenſium contra Ducem Mediolani; *Purpur.conſil.*483.*num.*6. *Mauius Giurba in conſuetud. Senat. Meſſanenſis, cap.*10.*gl.*4.*num.*11.*p.*1.& fuiſſe comprobatam decretis generalibus in Regia Camera teſtatur *Vincent.de Annaſing.* 241. ſic etiam ſæpius fuiſſe iudicatum affirmat *Theſ.deciſ.*267.*num.* 8. quia ſufficiat ſemel cōditionem extitiſſe: quod,de relicto mulieri,cum vidua erit,obſeruat *Paul.de Caſtro.ad l.vlt.§.ſed quia,Cod.de indict.viduit.toll.*nam ea tranſeunte ad ſecundas nuptias non reuocatur relictum , concordantes citat *Caroc. except.* 21. *nume.* 9. & de communi atteſtantes indicat *Craſſ. libro ſent.§.legatum.q.*53.*num.*2. & ob id reſcripſit Imp.Conſtantinus, eos,qui cuiuſcunque ſexus liberos quinque habeant , impetrata ſemel vacatione,potiri conuenire l.fin.Cod.de his qui numero,&c. nam quotieſcunque cauſa ſiue ratio, certo tantum, & limitato tempore requiritur, ſufficit illam eo tempore adeſſe,*Dec.conſil.*24.*per totum*,vbi multis argumentis oſtendit, vxori pauperi tempore mortis viri deberi quartam,quamuis diues facta illam petat, & adducit in argumentum traditionem Io. Andreæ, quam hac ratione comprobat *Ripa ad l.Ex facto.*35.*num.* 17. *ff. de vulg.& pupill.* probat *Menoch.conſil.*486. *num.*15. Quare ad rationē quam conſiderat Alex.reſponderem cum *Dyno ad cap.decet.de regul.iur.*illam nō procedere quotiens reliquiæ priuilegij remanent : nam ſuperuiuētibus aliquibus ex filijs conſtat durare reliquias priuilegij, vt in terminis Noſtr.Conſtit.notat *Bimius conſil.*219.*num.*21.quod non contingit in eo qui ad iuſtam ætatem peruenit,aut auctus eſt facultatibus. Rurſus reſponderi poteſt cum *Ripa ibid. num.*17. cauſam hanc requiri ſolum ad deducendum in eſſe priuilegium,& non ad conſeruandum illud : proinde I. C.& Imp. dicunt, patrem ob numerum 12. liberorum immunem reddi,ætas verò,& paupertas etiam ad conſeruandum priuilegium requiruntur,ob id nil mirum ſi dicatur illas vacationem perpetuam non tribuere,quam diſtinctionem in effectu voluit indicare *Anton.Burgus in repetit.c.cū M.Ferrarienſ.de conſtit.num.*255.*& ſeqq.* diſpiciendum eſſe , num priuilegium habeat cauſam momentaneam,vel ſucceſsiuam: quia ſi habet cauſam momentaneam non expirabit per mortem aliquorum ex filijs , & hac ratione dicitur filium legitimatum ſuccedere vna cum filijs legitimis poſtea ſuſceptis,quamuis ille legitimatus fuerit, quia nō extarent legitimi,*Abb.cap.cum ſuggēſtum,*9.*nu.*5.*de decimis.* Demum reſpondet *Purpur.in conſil.*483.*num.*6. diuerſam eſſe rationem inter diuitiarum ſuperuenientiam,& mortem liberorum : nam diuitiæ ſunt appetibiles , & ideò habentur in conſideratione,mors verò filiorum nequaquā deſideratur,proinde nil mirum ſi eius aliqua non habeatur ratio. Quò verò ad ratiotinationem Alciati facili negotio reſpondetur, ex ea quidē deduci,

duci, debere conſtare de numero duodenario antequã cõcedatur priuilegiũ: quod autẽ numero filiorũ diminuto priuilegiũ deficiat, minimè ex ea id ſequi: imò de eo diſceptari. Quid verò ſentiendũ de obſeruatione quã cum *Bald. conſ. 117. vol. 1.* facit *Rip. ad l. ex facto. 35. n. 18. ff. de vulg. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, &c. limi. 4. nu. 13. P. Ant. Angu. li. 7. conſ. 21. nu. 2. verſ. tamen illa procedit. Barboſ. ad l. quia tale 14. n. 19. & ſeq. ff. ſol. matr.* nimirũ patrẽ non eximi ab oneribus ordinatis tẽpore quo reperiatur diminutus numerus filiorum. Certè existimarem illam reijciendam, quia nulla maior ſit ratio propter quã potius dicamus eſſe imminutã virtutẽ priuilegij, quã penitus eſſe ſublatã: niſi addamus non ſatis eſſe, quod de nouo ſit ordinata, ſed amplius ordinatio illa procedat à noua cauſa puta quãdo noua defertur tutela, & numerus filiorũ qui excuſauit à prima, iam ſit diminutus, ita ſanè loquitur *Barboſa ibid. nu. 20.*

Oneribus) obſeruandum, leges verba facientes de immunitate ab oneribus, intelligendas de oneribus ciuilibus, hoc eſt publicis, l. munerum 18. §. hæc omnia, 8. ff. de muner. & honor. quæ etiã municipalia appellãtur, l. ſemper. 5. §. hoc circa. 7. ff. de iure immun. Item de indictis publicæ vtilitatis gratia, l. munera. 2. C. de muner. patrim. li. 10. quod anſam præbuit *Alex. in conſ. 123. nu. 4. lib. 5.* vt reſponderet, immunẽ ob numerũ 12. liber. non poſſe defendere ſe aduerſus Eccleſiam, à præſtatione quinquageſimæ pretij; quæ ſoluitur, quando venditur res emphyteutica, *Socin. iun. conſ. 70. n. 29. vol. 3. Nat. conſ. 508. n. 15. Menoch. conſ. 297. per tot.* vbi varijs argum, hanc traditionẽ probat, quæ ab ipſo erunt petenda. *Rimin. conſ. 25. nu. 42. conſ. 434. n. 2. & conſ. 628. n. 41.* ſequitur *Amad. de Ponte qq. laudem. 46.* ſed reddit rationem quæ non placet: id ita receptũ quia ſit onus merè reale. Non etiã priuilegium hoc immunitatis eximet à contributione quæ ſolet exigi ob expenſas quæ continuò circa piſtrina fiunt, vt puta pro rotis, cattilo, molis, inſtrumẽtis ad id deputatis frumẽtarijs, cribris, hominibus ſeruientibus pro molitoribus, *Burſ. conſ. 161. n. 5.* quia dicatur potius premium, & ſatisfactio molituræ, quã onus, ſeu collecta, & ideò ab ea non excuſantur, neq; perſonæ eccleſiaſticę. Aliud exemplũ habemus de vectigali, quod cõis Fani exigebat à piſtoribus: reſpondet etenim *Hadr. Neguſ. in ſyl. reſp. & diſp. q. 115.* piſtorẽ prætextu immunitatis ob numer. 12. liber. non debere detrectare ſolutionem in ſingulas ſalmas grani impoſitã, quia ſit debitum cauſa exercitij. Secundò quia in taxatione pretij panis prędecti annonæ habent reſpectũ; ne dum ad pretiũ grani, ſed etiã ad expenſas quas faciunt piſtores, & præſertim ad dictũ vectigal; addo, vt à ſingularibus perſonis potius, quã à piſtoribus ſoluatur, vnde per exẽptionis priuilegiũ potius captarẽt lucrũ, q̃ euitarent dãnũ. Magiſtr. etiã iudicauit, immunem teneri ad expenſas quæ fiunt in cõitatibus cauſa reparationis viarũ, pontiũ, ſalarij Medicorum, campariorum, conſulũ, ſyndicorũ, magiſtrorũ ludi, & ſimilium: quia hæ non veniant appellatione onerum, *Burſ. conſ. 161. & 162. lib. 2.* quę ſententia fuit confirmata in Senat. referente Mag. Acerbo die 30. Maij 1614. contra I. Conſult. Lampugnanum. In hac ſerie reponerem terratica, ſcilicet impo-

impoſita pro beneficio prædiorum, puta clauicis, pontibus, paraturijs, conductis, & id genus: quamuis *Riminald. Iun. conſil.* 628. *nume.* 25. *& ſeq. lib.6.* collocet inter onera extraordinaria.

Diſceptatum fuit apud interpretes, an immunitas ob numerum 12. lib. eximat etiam ab oneribus patrimonialibus: maior pars illorum affirmatiuam ſententiam defendit, teſte Ang. Inſtit. de excuſat. tut. §. 1. in gl. in verbo, munerum, qui dicit etiam eſſe veriorem, ſequitur *Alba conſil.* 519. *num.6. Thomas Mayer inter eiuſdem conſilia, in conſil.* 794. *num.* 5. vbi dicit eſſe firmam concluſionem: *Ruin. in conſil.* 127. *num.* 1. *lib.4. Purpurat. in conſil.* 483. *num.5. Roland. à Valle, conſil.* 52. *num.3. vol.2. & conſil.* 66. *num.* 35. *vol.*1. refert, & ſequitur, *Surd. conſil.* 146. *num.* 16. *Pappon. conſil.* 157. *num.* 1. Negatiua tamen validiſsimis authoritatibus eſt fulcita, quas expendit *Ferrerius in ſuis annotat. ad deciſ. Guidonis Papæ* 401. *& Facbin. controuerſ. iur. lib.3. cap.*49. etenim onera, quæ patrimoniorum ſunt, non excuſari numero liberorum tradit I. C. in l.2. ff. de vacat. muner. & in l. ſunt munera. ,, 12. ff. eod. Sunt munera, inquit I. C. quæ rei propriè cohærent, à qui- ,, bus neque liberi, neq; ætas, neque merita militiæ, neque vllum aliud ,, priuilegium iure tribuit excuſationem. Munera, inquit Vlpianus, ,, quæ patrimonijs iniunguntur, vel intributiones, talia ſunt, vt neque ,, ætas ea excuſet, neque numerus liberorum, nec alia prærogatiua, quæ ſolet à perſonalibus muneribus exuere, l. Reſcripto. 6. §. munera. 4. ff. de munerib. nam munera quæ patrimonijs publicæ vtilitatis gratia indicuntur ab omnibus ſubeunda ſunt. l. munera. 2. Cod. de muneribus. lib. 10. vt ob id neque tempore ætatis, neque numero liberorum ab eis excuſationem quis habere poſsit. l. Neque 5. Cod. eod. & quod hoc fit verum inquit Ferrerius, Imp. in l. ſi quis decurio. 24. Cod. de decurionib. lib. 10. loquitur de onere perſonali, cui accommodatur phraſis illa, *honeſtiſſima quiete donetur*, qua vſus eſt etiam Imp. in Cod. Theodoſiano. l. qui pater. eod. tit. adeò vt reſponſio quæ à nonnullis datur, recitatas authoritates exaudiendas de numero quinque liberorum, eo nomine detegitur minus vera: nam vt diximus, l. ſi quis decurio. loquitur de exemptione à muneribus perſonalibus competente propter numerum 12. liberorum, facit ratio quæ allegatur à *Bart.* poſt *gl. ad l. qui immunitatem.3. Cod. de muner. patrim. lib.* 10. In dubio immunitatem cenſeri conceſſam à perſonalibus, non autẽ patrimonialibus, ſequitur poſt alios quos allegat, *Oſaſch. deciſ.* 95. *num.* 50. Non tamen arcebuntur à muneribus honorificis quæ ſubeuntur à ciuibus, ne inductum in fauorem parẽtis tot liberorum, in eiuſdem odium retorqueatur, *Gall. conſilio* 85. *per totum.*

Extraordinarijs.) Cum harum Conſtit. compilatores non tantũ cogitarent de iure nouo inducendo quo ad priuilegium ob numerum 12. liberorum tributum, quam de controuerſiis tollendis, quæ circa illius interpretationem oriri poterant, nil mirum ſi de extraordinarijs oneribus nominatim mentionem fecerunt: alioqui potuiſſet iure dubitari,

num

num deberet extendi immunitas etiam ad onera ordinaria, id quod ſenſiſſe *Tappon.* videmus *in conſil.* 157.*num.*2.eo quia priuilegium iure cõmuni conceſſum ſit latè interpretandum, maximè quia ſit cõceſſum motu proprio ipſius legislatoris, *Natta conſil.* 160.*num.*33. idque in immunitate conceſſa ordini equitum Hieroſolomytanorum à Sum.Pont.conſiderat *Decian.conſil.*51.*num.*24.*vol.*3. & vbi nolet quis concedere hac ratione debere priuilegium ampliari, ſaltem non negabit illud nequaquam ea de cauſa fore reſtringendum. Alio quoque argumento potuiſſet ſuaderi immunitatem debuiſſe porrigi ad ordinaria potius quam extraordinaria, quia diſpoſitio quælibet conſueta magis; quam accidẽtalia intendat.l.fiſtulas.78.§.fin.ff.de contrah.empt.& l. Seio. 16. §. medico.1.ff.de annuis leg.& id expreſsè probauit *Theß.deciſ.* 267. *num.* 13. atteſtatus vidiſſe ſemper ita iudicari, & ſeruari, *Borgnin.deciſ.*14.*num.* 29. *p.*3. hoc idem obſeruat, & nititur authoritate Luc.de Penna ad l. ſi quis decurio.24.Cod.de decurion.lib.10. licet ipſius verba, vt credo, recipiant aliam interpretationem: dicit enim, habentem 12.liberos ab omni munere eſſe immunem, in perſonalibus quinque ſufficere. Igitur illa verba, ab omni munere, ita acciperem, vt ſignificarent immunitatẽ nedum à perſonalibus, ſed etiam à patrimonialibus cõpetere, quod etiã expendit *Pappon.conſil.*157. Cœterum Conſtitutionum compilatores videntes contrariam ſententiam præualere, id expreſsim ſanxerunt: comprobatur talis ſententia authoritate Papiniani, qui in l.In honoribus.8. §.qui muneris.3.ff.de vacat. & excuſat. mun. ſcribit, eum, qui muneris publici vacationẽ habet, per magiſtratus ex improuiſo collationes indictas, rectè recuſare: eas verò quæ è lege fiunt, recuſare non poſſe, quandoquidem muneris publici vacationem ea continere, quæ non lege, nõ I.C.non Conſtit.Principum iniunguntur, reſponſum fuit, l.vnic.Cod.de vacat.publ.muner. Proinde notant interpretes neceſſe eſſe, quòd in cõceſsione exemptionis exprimatur, ab oneribus ordinarijs concedi, ſi quis vult ab eis ſe eximere, *Iaſon.conſil.*83.*num.*13.*vol.*3.*Menoch.conſil.* 297. *num.*7. Quo fit vt neceſſe ſit probè ſcire argumenta quibus extraordinaria ab ordinarijs ſegregantur: illa autem ſunt duo ex recepta ſcribentium ſententia: quandoquidem ſi præcedat prouiſio generalis legis, vel Principis, qua ſtatutum ſit quid debeat ſeruari, & præſtatio habeat certam, & ordinatam cauſam, dicemus onera eſſe ordinaria, l.1.C.de indictio.lib.10.l.vnic.Cod.de vacat.public.mun.lib.eo. Primum argumentũ declarat *Bart.ad l.*1.*num.*2.*Cod.de agricol.& cenſit.lib.*11.*l.Hi qui.*2. *nume.*5. *ff.de iure immunit.Bald.ad l.fin.num.*9.*Cod.ſine cenſu, vel reliq. Aug. Beroÿ conſil.*150.*num.*9.*vol.*3.de ſecundo idem *Bart.ad l.vnic.num.* 37.*Cod. de mulier. & quo in loco lib.*10.*Alex.conſil.*33.*num.*1.*lib.*5. *Natta conſil.* 139.*numero* 12. Vtrunque requiſitum conſiderauit. *Salyc.ad l.fin.num.*5. *Cod.ſine cenſu, vel reliq.Oſaſch.deciſ.*95.*num.*43.*Menoch.conſil.*297.*num.*18. *& ſeq. Rebuff.ad l.ſi quis* 24.*circa medium. Cod.de decurion.lib.*10. ordinaria appellari dicit, quæ merè realia ſunt, & ipſis rebus indicuntur, quæque patrimoniorum appellan-

pellātur, l. qui immunitatem. 3. Cod. de muner. patrim. à quibus inquit I.C. neque ætas excuſat, neque numerus liberorum, non alia prærogatiua, quæ ſolet à perſonalibus muneribus exuere, l. reſcripto. 6. §. munera, 4. & l. fin. §. ab huiuſmodi, 24. ff. de muner. & honor. l. 2. §. quæ patrimoniorum. 4. ff. de vacat. & excuſat. mun. ego tamen arbitror in ſupraſcriptis locis fieri mentionem de numero quinque liberorum excuſante à muneribus tantummodo perſonalibus: inde conſtat quòd Rebuff. pro confirmatione ſuæ ſententiæ in mediū adducit, l. in honoribus, 8. ff. de vacat. & excuſat. mun. in qua expreſsim fit mentio de vacatione ob numerum quinque liber. quo in ſenſu accipienda eſt, l. Neque, 5. Cod. de muner. patrim. lib. 10. Sed ad extraordinaria redeamus, & dicamus eſſe illa quæ propter ſarcinam repentinam non poſſunt præuideri, l. fin. Cod. de indiction. lib. 10. vnde reſpondit *Surd. conſil. 146. num. 18. & ſeqq.* collectam impoſitā pro ſubſidio dotis Sereniſs. Ducisſę Ferrariæ, continere onus extraordinarium. *Rimin. verò Iun. conſil. 628. num. 25. & ſeq. li. 6.* dicit terratrica inter extraordinaria cōnumerari, quia per accidens imponantur, & à particularibus intereſſe habentibus, videlicet pro beneficio prædiorum ſuorum puta clauicis, pontibus, paratutijs, conductis, & id genus. In hoc numero ponit collectas, & gabellas. *Bald. ad leg. 1. §. quod ſi nemo. num. 10. ff. quod cuiuſque vniuerſitat. nom.* collectas verò ſimpliciter *Alber.* ſuper *Rubr. ff. de muner. & honor. num. 26.* & alij quos recenſet, *Gall. conſil. 3. num. 20. ſed Theſſ. in deciſ. 267. num. 14.* aduertit, immunem non eſſe exemptum à gabellis, idq; cōprobat obſeruantia quæ, viget in eius patria, immo ex conuento inter Principem, & immunem: quia Camera Ducalis, dum præſentantur litteræ immunitatis ſolet illas admittere, exceptis tamen dacijs, & gabellis ad Principem ſpectantibus; licet ipſe talem obſeruantiam non laudet.

Quæri hoc loco poteſt an immunitas hæc vires ſuas porrigat ad onera occaſione belli occurrentia: ſimilem quæſtionem formarunt *DD. in l. ſi ex toto. 8. ff. de leg. 1.* quando nimirum non legē, ſed ex hominis priuilegio data fuit, & illam examinat *Caſtrenſ. ibi num. 4.* dicens eſſe quæſtionē quotidianam, Dyn. autor fuit negantis partis, qui mouetur, teſte Caſtrenſ. diſpoſitione, l. 1. Cod. Vt nemini licit in empt. ſpecie, ſe excuſare, lib. 10. habuitque nonnullos aſſeclas quorum meminit *Theſſ. deciſ. 267. nu. 19.* & eius ſententiam placuiſſe Senatui teſtatur. *Roland. conſil. 5. nume. 34. vol. 1.* & ipſe fuit eiuſdem ſententiæ: mouetur alia ratione Dyn. quod eiuſmodi immunitate comprehendantur illa onera, de quibus fuit ſolummodo cogitatum, arg. l. cum Aquiliana, 5. ff. de tranſact. Contraria ſententia fuit plurium calculo firmata, vt magis conſona veritati, teſte *Ang. Inſtit. de excuſat. tut. §. 1.* & in his terminis conſuluit *Io. Thomas Mayer inter conſil. Albæ conſil. 794. num. 7. Natta conſil. 539. in fine. Gaſpar Anton. Theſ. forenſ. q. 93. num. 2. lib. 1.* Valdè me mouet ratio illa à Caſtrenſ. conſiderata: quod ſi eſt immunis à collectis quæ tunc erant impoſitæ, erit etiam immunis à ſuperindictis, quæ ſe habent per modum cuiuſdam augmētu,

arg.

Digitized by Google

arg.d.l. ſi ex toto. ff. de leg. 1. Secundò ſi loquamur de cõceſſione ab homine facta, potuit concedens cogitare etiã de collectis imponẽdis, arg. l. ſub prætextu. 29. Cod. de tranſact. debet enim ſibi imputare quòd generaliter fuerit loquutus. In ſimili videmus, quod ſi ſeruitus impoſita ſit, ne luminibus officiatur; verbo generali omne lumen ſignificari, ſiue quod in præſenti, ſiue quòd poſt tempus conuentionis contigerit, l. ſi ſeruitus. 23. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. Pro hac parte facit ſpecies quam refert *Alex. conſ.* 193. *num.* 8. *lib.* 2. videlicet priuilegium conceſſum ab Imp. militibus, vt poſſint creare tabelliones, & eis concedere poteſtatem faciendi inſtrumenta, non obſtante aliquo ſtatuto, aut conſuetudine: id inquam vires ſuas exercere etiam ſi poſtea ſuperuenerit ſtatutum, quo cauetur inſtumenta à quocunque tabellione confecta viribus ſubſiſtere, ſi à communi licentiam habuerint, ſcribit *Bart. poſt Dyn. ad l. mihi* 12. *§. fin. n.* 4. *ff. de leg.* 1. & prædicta ratio multo magis procedit in priuilegio in corpore iuris concluſo, ſecundum *Nattam in conſ. 66. num. 2. Theſ. dicta quæſt. 93.* ſubdens Senatum Taurinenſem ſolere ita iudicare: quia proprium legis ſit dare formam futuris negotijs l. leges & Conſtit. 7. Cod. de leg. & Conſtit. etiam ijs quæ rarò contingere poterant. l. Antiqui. 3. ff. ſi pars heredit. petatur. Vnde dicebat Bald. oculum legis omnia videre, ad inſtar oculi Dei. Tertiò facit ex eodem Natta, quòd lex ſemper loquatur, & perinde ſit, ac ſi iam eſſet promulgata: ita vt quemadmodum ſi hodiè reperiretur conceſſa immunitas, ſine dubio comprehenderet onera nunc impoſita, ita dicendum ſit de immunitate multò ante conceſſa. Quartò, quia ratio concedendi priuilegium ita viget tempore belli, quam pacis, puta vt parens numeroſæ familiæ commodius illam alere poſſit, *Natta dicto conſ.* 539.

Quid ſi mœnia ciuitatis ſint reficienda num immunis ob numerũ 12. lib. erit ab huiuſmodi onere exemptus? cum temporibus Baldi ea de re dubitaretur, reſpondidit ipſe talem immunitatem minimè porrigi ad hoc onus, nimirum *in conſ.* 312. *lib.* 3. quem refert, & ſequitur Hippol. *Riminald. conſ.* 2. *nu.* 11. *& iterum conſ.* 10. *nu.* 13. & inter alias rationes illa mihi placet, quòd onus illud imponatur propter publicam omnium ciuium ſecuritatem, vt meritò vnuſquiſque debeat contribuere, per quam rationẽ Imp. adſcribit eccleſias titulo inſtruendorum itinerũ, pontiũq; L. Ad inſtructionem. 7. Cod. de ſacroſanc. eccleſ. & licet gl. & Petrus ponat differentiam inter inſtructionem itinerum, & conſtructionem mœniorũ ciuitatis: tamen Iac. de Ra. & Iaco. de Are. contrariũ ſentiunt, & cum eis *Cyn. ad d. l. ad inſtructionem*, ſuppoſita tamen neceſſitate, *Bald. conſ.* 246. *lib.* 3. In ſimili videmus, quod leuandæ nauis cauſa iactum eſt, quoniam communis vtilitatis cauſa fuit iactum, ab omnibus eſſe reſarciendum, l. nauis. 4. ff. de lege Rhodia de iactu. Amplius addit, prius naſci hominem ciuitati, quam liberos ſibi, & ideo arctiori nexu charitatis teneri verſus pàtriam, quam erga filios: Senatus tamẽ

volnit aliquando immunes, eſſe exemptos à cõſtructione murorum per ſententiam diei 27. Ianuarij 1514.

In Patria Pedemontium, ex pacto conuento inter Principem, & ſubditos, immunes ob numerum 12. liberorum non eximuntur à ſubſidijs, & donatiuis quæ fiunt Principi, atteſtante *Theſſ. deciſ.* 267. *num.* 16. quod vſu receptum fuiſſe in Delphinatu ſcribit *Guid. Papa q.* 401.

Poſt mortem Patris) fortè ad dirimendam controuerſiam vigentẽ inter noſtros interpretes, quorum meminit *Menoch. in conſil.* 486. *in* 1. *dubio Surd. deciſ.* 123. Exiſtimarunt etenim quodam beneficium hoc patri propter filios conceſſum. l. fin. Cod. qui num. 12. liber. non tranſire ad filios poſt mortem patris, notat *Socin. conſ.* 84. *num.* 2. *vol.* 3. cuius meminit *Boſſ. de Principe, num.* 115. perſonis enim datæ immunitates, heredibus non relinquuntur l. 1. §. perſonis. 1. ff. de iure immunit. quo fit, vt ſi capellanus moriatur relicto herede laico, inuentarium confici debeat per iudicem ſecularem, refert *Roland. conſil.* 61. *num.* 9. *vol.* 4. Quare immunitatem, quæ nauicularijs præſtatur, ipſi duntaxat habent: non etiam liberis, aut libertis eorum præſtatur, l. ſemper. 3. §. immunitati. 4. ff. eo. & cum perſona extinguitur, l. forma. 4. §. quamquam. 3. ff. de cẽſibus. Neque enim poteſt eſſe perpetuum quod non rebus, ſed perſonis contemplatione dignitatis, atque militiæ indulgetur, l. ſordidorum. 13. Cod. de excuſatio. muner. lib. 10. quibus rationibus dicit *Natta in conſil.* 242. *num.* 1. immunitatem conceſſam alicui regulariter non tranſire ad filios. Addit *Theſ. deciſ.* 267. *num.* 11. immunitatem conceſſam fuiſſe patri, vt ſolus poſſet vacare educationi multorum filiorum, & magnæ familiæ, ſenatumque cenſuiſſe, tunc fratres haberi pro pluribus familijs, & non pro vna, & non ſemel Senatum illum ſic cenſuiſſe teſtatur *Gaſpar Anton. Theſ. filius in addit. ad prædictam deciſionem, & forenſ. lib.* 1. *q.* 90. *num.* 7. In hanc ſententiam deſcendit etiam *Borell. conſil.* 28. *num.* 11. *poſt Roland. conſil.* 61. *num.* 12 *vol.* 4. *Feſtas de collect. p.* 4. *cap.* 3. *num.* 74. *cum ſeq. Vincent. Annib. ad conſil. Albæ* 794. *Surd. conſil.* 146. E contra non pauci exiſtimarunt, inter quos *Burſ. conſil.* 161. *num.* 3. immunitatem hanc eſſe tranſitoriam ad filios, *Menoch. d. conſil.* 486. *num.* 17. vtitur hoc argumento, quòd conceſsio immunitatis beneficij nomine appelletur, & ideò realis reputanda, iuxta doctrinam *Bart. ad l. Pater.* 6. *num.* 4. *ff. de ſeruit. leg.* Secundò facit ratio qua vtitur *Ioan. Andr. in reg. decet.* & quæ comprobatur à *Socin. conſil.* 84. *num.* 9. *vol.* 3. multos recenſet *Ludouic. de Caſanate conſil.* 4. *num.* 102. quod per mortem patris non finiatur in totum cauſa finalis priuilegij, ſed aliquæ adhuc ſuperſint reliquiæ, paternitas nimirum, & filiatio, nec non fauor Reip. cui pater tot filios procreauit, & ita fuit deciſum in Senatu Mãtuano, vt teſtatur *Surd. deciſ.* 123. *nu.* 5. quandoquidem duę ſunt cauſæ cõcedendi immunitatem, fauor Reip. cui pater tot procreauit filios, nec non educatio liberorum, *Ripa in l. ex facto,* 43. *num.* 13. *ff. de vulg. & pupill.* & inter illas prima, & principalis reputatur fauor Reipubl. *Roland. conſil.* 52. *nu.* 51. *vol.* 2. & ſecundum hanc partem fertur iudicaſſe Sen. die 10. Nouembr. 1563.

& ita

& ita etiam fuiſſe obſeruatum in Reg. Cam. Summarlæ teſt atur *Paſcal. de patr. poteſt. p. 4. cap. 4. num.* 21. in eo tamen fuit vlterius obſeruatum filios in communione vixiſſe cum matre vidua. Quare iam patet reſponſio ad rationes pro ſenrentia negatiua præmiſſas, quia iure negare poſſumus priuilegium hoc immunitatis propter nudam patris perſonam fuiſſe conceſſum, ſed inſimul ob fauorem publicum eſſe tributum, proindeque ceſſare concluſiones quæ illud præſuppoſitum conſequebantur. Quò verò ad authoritates ex aduerſo allegatas, dicimus illas non debere aliquod negotium faceſſere, quia ferè omnes illi DD. obiter articulum tangant, & nullus ſit, qui data opera rationes hinc inde ponderet, quinimmo Socin. diutius inſiſtit in opinione Io. Andreæ, vt verius dicas, præponere affirmatiuam negatiuæ.

Perſeueret) immò vires aſſumit etiam poſt mortem patris, puta quia reliquerit 10. liberos, & ventrem prægnantem ex quo in lucem prodijerint duo filij, quemadmodum factum eſt anno 1568. nam Senat. ad preces Terentiæ de Panigarolis admiſit ad immunitatem litteris patentibus diei 26. Aug. 1568. filios D. Hugonis Tonſi.

Donec ipſi omnes duodecim liberi ſupeſtites fuerint) hoc eſt, ne fortè aliquis decipiatur, quouſque aliqui ſuperfuerint ex memorato numero: id .n. iuris communis authoritas perſuadet, & Nou. Conſtit. diſpoſitio conuincit: Iure communi nihil refert, quod aliqui ex filijs reperiantur extincti, vt probat *Roland conſil. 52. num. 46. & ſeqq. lib. 2.* cumulatè autem ab eo recenſitis addas *Menoch. in conſil. 486. num. 24.* alios ſuperaddentem: & iuxta hanc ſententiam iudicauit Senatus Pedemontium teſte *Theſ. deciſ. 267. nu. 8.* Noſtrarum Conſtitut. diſpoſitio eſt clara, verbis ſiquidem præcedentibus cautum legimus, patrem immunem conſeruandum, etiam ſi exinde aliqui filij deceſſerinr, & in ſubſequentibus decernitur immunitatem ipſam tranſire ad filios, certiſsimum argumentum, quod non ſit neceſſarium adepta immunitate, ſemper eumdem numerum integrū, & completum perdurare.

In communione viuant) hoc eſt, propriè loquendo, omnia vtrinque cōferant, & vt declarat *Bartol. ad l. Quintus. 7. num. 3. ff. de annu. leg.* æqualiter fructus colligant, & æqualiter expendant, *Dec. conſil. 524. num. 5. verſiculo quartò requiritur*, quo fit, vt ſi vnus maiorem familiam habeat, non teneatur plus conferre: etenim hæc verba prolata de perſona habente patrimonium commune cum altero, ſignificāt communicationem fructuum, l. cum duobus. 52. §. Idem Papinianus. 8. ff. pro ſocio. Vnde idem *Bartol.* reſpondidit *in conſil.* 168. pupillum, qui communiter cum patruo numeroſa familia grauato, communiter vixit, ſecundum mandatum teſtatoris, non poſſe quicquam à patruo eo nomine exigere, quaſi ipſe plus expendendo fecerit ſe debitorem pupilli: ei accedit *Alex. conſil. 76. libro* 4. An autem iure communi inſpecto neceſſaria eſſet hæc communio, quærit *Menoch.* & adductis hinc inde rationibus, tandem concludit non eſſe neceſſariam in *conſil. 486. à num. 25. vſque ad 29.* Cum autem hæc com-

munio præſupponat habitationem dubitari contingit, num priuilegiũ expiret, quando aliqua ex filiabus matrimonio copulatur, aut per ingreſſum religionis Deo dicata, ſeparatim ab alijs liberis habitat. Hanc dubitationem propoſuit *Plot. in ſuo repertorio, quod præpoſuit repetitioni, l. ſi quando. Cod. vnde. vi*, vbi aliquot declarationes, pertinentes ad decretum noſtræ materiæ in medium adfert: & partem negatiuam defendit, ea potiſsimum ratione, ne retrahantur filiæ à matrimonio carnali, aut ſpirituali: in tantum, vt ſi eadem Conſtitutio diceret priuilegium expirare ſtatim, ac filia nupſiſſet, aut monaſterium ingrederetur, non valeret, vti impediens matrimonium, quemadmodũ argumento l. Heres meus. 79. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. notat *Ripa ad l. ex facto, num. 20. ff. de vulg. & pupill.* Poteſt & alia reſponſio dari, ſi vera eſt diſtinctio quæ fit inter actum volontarium, & neceſſarium, talem diuiſionem vti neceſſariam non obeſſe, exemplo eius cui prohibitum alienare, dum relinquit heredem ab inteſtato, ad quem non facto prohibiti, ſed ex diſpoſitione legis bona perueniunt: in argumentum adducitur, *l. cum pater, 77. §. cum inter. 28. vbi Bart. ff. de leg. 2.* & eo certior eſt hęc reſponſio, ex quo verba Conſtitutionis diriguntur ad ipſos fratres, nam ſi dirrecta fuiſſent ad bona, puta ſi dictum fuiſſet, & bona non diuidantur, aut in communione remaneant, aut etiam quo alio modo, eo in caſu comprehenderetur quæcũque diuiſio, vt in terminis prohibitionis in rem dirrectæ reſpondet *Bec.* multorum authoritate ſuffultus *in conſil. 26. num.* 5. Verum *Polid. Ripa* qui hæc conſiderauit *obſer.* 215. ſuſtinet aſſenſum, ex eo, quia ſancitum fuerit, in Sen. Excell. anno 1553. quòd filiæ nuptæ poſt mortẽ patris non reſcindunt immunitatem, modò bona communia, & indiuiſa ſint. Hoc amplius addendum, priuilegium hoc durare quamuis vnus filiorum mortuo patre abſit cauſa ſtudiorum, Reipubl. mercaturæ, aut alterius profeſsionis, dum tamen non ſit facta diuiſio bonorum, *Alexand. Raud. libro 1. de analog. capit. 22. numero* 148. *Caualcan. de brachio Regio. par. 6. num.* 400. Quis enim eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ exules facti, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, & à viliſsimis ſæpè hominibus corporales iniurias ſine cauſa perferunt, authent. Habita, Cod. ne fil. pro patr. Senatus die 7. Decembris 1553. cenſuit ad fauorem D. Pauli Galarati Nouarienſis, abſentiam propter officium non potuiſſe ei obeſſe. Illud ſilentio non præteribo, *Boſſ. in tit. de Principe, ſub numero* 155. referre hæc verba ad tempus vitæ patris, vnde arripit anſam obſeruandi, filium dici in communione viuere, quamuis pater illum apud aliquem collocauerit, & ibidem ſubminiſtret alimenta: & tamen Conſtitutio clarè loquitur de communione inter ipſos fratres poſt mortem patris. Hodiè in communione viuere nil aliud eſt, quam bona in communi retinere, nam 7. Iulij 1603. inter Calciatos, & Comitatum Nouariæ Senatus cenſuit, Conſtitutionem intelligi debere de communione bonorum paternorum, & non de vniuerſali communione etiam bono-

rum

Digitized by Google

rum particulariter acquiſitorum: & quoad paterna bona dictos Calciatos immunes præſtandos eſſe, donec ea in communione poſſidebunt, quo verò ad particulariter quæſita, eos teneri ad onerum ſolutionem, idque notauerat prius *Plot. in indice, in verbo decretum de immunitate*.

Ex facto etiam dubitatum fuit, num per inſtitutionem heredis extranei factam per vnum ex fratribus, inducatur diſſolutio communionis, & conſequenter priuilegium immunitatis expiret: eo quia inter hæredem, & fratres ſuperuiuentes non continuetur communio, cum nec ab initio in pactionem deduci poſſit, vt heres ſuccedat in ſocietate, l. Adeo 59. ff. pro ſocio. nam qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit, §. ſoluitur. 6. Inſtitut. de ſocietate: Quod verò inde ſequatur amiſsio beneficij, non ſatis compertum eſt: nam verba Conſtitutionis diriguntur ad ipſos fratres ſuperuiuentes, inter quos voluerunt Conſtituentes concordiam perpetuari: manente concordia ſi bona aliqua ſegregentur, nihil oberit priuilegio immunitatis, alioqui non eſſet in facultate ipſorum fratrum quicquam alienandi. Et ex his apparet quanta ſit differentia inter diſſociationem, & immunitatis ammiſsionem. Quod ſi de facto controuerteretur, num facta eſſet diuiſio patrimonij recurri poſſet ad coniecturas, quas recenſet *Theſſaur. deciſione* 205. quibus etiam addi poteſt, illa quæ deſumitur ex ſcriptura cataſtri, vtpotè quia in illo legantur ſeparatim cenſita bona fratrum: *Alexand. conſilio 92. numero ſexto, libro 2. Menoch. libro 3. præſumpt. 60. num. 12. & conſil. 12. num. 15.*

Agitatur quęſtio, & adhuc ſub iudice lis eſt, num immunitas vni ex fratribus conceſſa, proſit quoque alteri fratri habenti bona indiuiſa cum fratre immuni. In hoc articulo, vt diſtinctè procedatur imprimis præmittendum DD. frequentius applicare propoſitæ quæſtioni ea, quæ dicuntur de ſocio omnium bonorum: ita ſanè *Menoch. in conſilio 136. numero 23. verſiculo. Ita etiam videmus, & de arbitrar. c. ſ. 379. numero 8. & ſequenti*, nam citat gloſſ. & alios DD. quos mox recenſebo, qui loquuntur de ſocio omnium bonorum, *Bombin.* quidem poſt ſua conſilia *dubio 8. numero 2.* loquitur de fratre, vt & *Bimius conſilio 217. numero quarto. libro 3.* vbi teſtatur de obſeruantia, quæ Mediolani viget *Surd. deciſio. 301. numero 8. Viuian. deciſio. 521. numero 21. Burſat. conſil. 161. numero 4. lib. 2. Alexand. conſil. 122. numero 17. libro 4.* qui non examinat articulum, vt neque faciunt *Lancell. Galiaul. ad leg. 1. ff. de verborum obligat. Harmanoctius Detus ad l. 4. §. Cato. ff. de verborum obligat. Anton. Corſet ſing. 298. verbo. ſpurius.* At hi innituntur fundamento erroneo, nam mouentur authoritate gl. in leg. fin. Cod. de muner. & honor. non continuand. lib. 10. quæ loquitur de ſocio omnium bonorum, & vti in eis terminis loquentem amplexus eſt *Iaſ. in l. 1. nu. 2. Cod. de tranſact. & in l. ſi emancipati. nu. 9. Cod. de collat.* vbi apertè ponit differentiam inter ſocium

omnium

omnium bonorum & fratrem. *Tiraq. in tract. de retract. conſang. §. 26. gl. 1. nu. 34. Natta conſ. 1. nu. 10. & conſ. 65. nu. 13. verſ. circa ſextum*, vbi data cohibitatione fratrum, ex qua colligitur ſocietas, tenet fratrem gaudere immunitate fratris, & inter *Conſ. Syluani. conſ. 20. nu. 12. Marſil. ſing. 180. & conſ. 84. nu. 24. ac in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. nu. 12.* & quòd loquatur de ſocio omnium bonorum vidit, & admiſit *Surd. conſ. 301. nu. 81. Hector felic. de ſocietate cap. 12. nu. 4.* In ijſdem terminis loquitur. *Chaſſan. in conſuetud. Burgund. Rub. 1. §. 4. in textu, les hommes ſubiect. nu. 59. Caphal. conſ. 661. nu. 78. lib. 5. Ioſeph. Ludouic. concl. 53. verſ. Hinc etiam. Carol. de Graſſ. de effect. clericat. effec. 3. nu. 124. & ſeq. Marius Muta ſuper conſuetud. cap. 26. nu. 165. Barbat. conſ. 44. nu. 14. vol. 2. & conſ. 5. nu. 8. verſ. facit gl. lib. 4. Immo Lanberteng. de contractibus eorum, qui certas ſolennitat.* adducit authoritatē gl. ad reprobandam obſeruationem Marſilij; vt legitur *ſub nu. 245.* & hunc ſenſum ſequutus eſt *Menoch. conſ. 486. nu. 25.* E contra verò permulti negarunt fratrem, ſociumvè gaudere immunitate competente fratri aut ſocio. *Bart. ad dictam l. fin. Cod. de muner. & honor. non continuand. lib. 10. Cagnol. in l. ſi emancipati nu. 104. Cod. de collat. Hipp. Riminald. ibid. nu. 167. Specul. tit. de clerico coniug. incipit, quid ſi clericus. nu. 24. verſ. ſed dic contra. Dec. ad l. ſi emancipati. nu. 5. verſ. exemplum eſt. Hieronim. Gigas ad l. ſi emancipati. nu. 103. cum ſeqq. Trolius Lucanus in tract. de fiſco. 3. p. nu. 34.* de quo meminit *Mexia ad prag. Taxa panis concluſ. 5. nu. 77.* & addit *Arze de Otalora, in tract. nobilitat. cap. 1. nu. 16. Io. Guttierez pract. lib. 1. q. 6. nu. 8.* citans *Didac. Perez collat. 748. Couaru. practic. qq. cap. 34. nu. 2. verſ. vnde falſa profectò. Anton. de Padilla ad l. 1. nu. 4. Cod. de diuerſ. reſcript.* vbi recenſitis contrarium ſentientibus, tandem concludit, quòd ſi res in iudicio agitaretur, potius adhereret huic parti, *Theſſ. Iun. in addit. ad deciſ. 267. ad n. 11. verſ. An autem frater.* & dicit in contingentia facti Senatui illo viſam duram & periculoſam cōtratiam ſententiam, & quamuis nihil fuiſſet reſolutum: tamen maiorem partem ſenatorum in hanc inclinaſſe. *Lambert. de contract. eorum, &c. in fine nu. 245. Philippus Paſcalis de viribus patriæ poteſt. cap. 4. nu. 23. Rebuff. de priuileg. Scholaſt. priuileg. 106. nu. 31.* qui teſtatur contrariā ſententiam minimè ſeruari in Regno. *Carolus Tapia ad l. Beneficium. ff. de Conſtit. Principum*, dicit hanc eſſe veriorem. *Marta ad l. 1. ff. ſolut. matrim. & de iuriſdic. caſ. 118. Io. Crott. ad l. 1. nu. 26. ff. de verborum obligat.* Probatur autem hæc opinio à *Bart. d. l. fin.* quòd abſurdum ſit ſocium poſſe conſequi immunitatem ex ſua conceſſione: ſecundo non reperiri aliqua lege cautum, quod immunitas extendatur ad fratrem aut ſocium. tertiò addi poteſt, cum Theſ. Iun. loco citato, iniquum eſſe, vt immunitas in præiudicium communitatis, & pauperum ſoluentium onera extendatur. Eòque verior videbitur hæc opinio, ſi demonſtrauerimus rationē propter quā moti fuerunt, qui in contrariā iuerunt ſententiā, futilē & friuolam eſſe. Mouentur ipſi eo argumento, quod vbicunq; beneficium competens inane redderetur, aut diminueretur, ni fratri communicaretur, tunc eſſe potius fratri communicandum, quam permittendum

priuilegiato

Digitized by Google

priuilegiato aliquid detrahi. Hæc ratio in eo peccat, quia ſupponit lædi priuilegium, & tamen *Cagnol. ad l. ſi emancipati. 9. num.* 104. *C. de collat.* id negat, eo quia materia collectarum ſit diuidua, ſequitur *Hippol. Rimin. ad l. ſi emancipati. 9. Cod. de collat. nu.* 167. *Georg. de Cabedo p. 2. deciſ. 64. num. 9. Gutier. pract. qq. lib. 1. q. 6. nu.* 8. Hancque ſententiam vti æquiorem placuiſſe Senatui Pedemontium teſtatur *Theſſ. Iun. ad deciſ. patris 267. ſub nume.* 11. *Dec. d. l. emancipati, & auth. caſſa num. 9. verſ. & ad hoc. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi animaduertit traditionem Marſilij, & Matheſ. eſſe falſam, minimeque ſeruari in praxi. *Couar. d. cap.* 34. dicit onera poſſe commodè diſtribui pro parte patrimonij indiuiſi, *Lambert.* & ipſe agnoſcit diuiſibilitatem onerum. Et vbi commodè fieri non poſſet talis diſtributio, Iudex poſſet ex officio diuidere, vel ad diuiſionem compellere, ita *Specul. in tit. de cleric. coniug. col. penult. per l. 1. & 2. Cod. quando, & quibus quarta pars debeatur, lib.* 10. *Otalora de nobilit. cap. 1. num. 16. fol. 24. ſequitur Ludouic. Mexia ad pragm. tax. panis. concl. 5. nu. 77. Azor. inſtit. moral. lib. 5. cap. 20. verſ. Tertiò quæritur,* & fiet impoſitio collectarum ad ratam, vt l. 1. Cod. de muner. patrim. lib. 10. fortè vbi vſu recepta eſſet traditio gl. non ita facilè ea eſſet poſthabenda, vt contingit in præſenti ciuitate teſte *Bimio conſil.* 217. *num. 4. lib. 3.*

Pro mercatura autem.) In quæſtionem venit, num hodiè immunes ob numerum 12. liberorum, ſint exempti ab oneribus quæ imponuntur pro mercatura. Equidem verba Conſtitutionum id videntur perſuadere, & ratio dictat, vt exemptus ab oneribus extraordinarijs illorum ſolutionem non euadat quotieſcunque negotiatur: id videmus in clerico, qui, licet exemptus ab oneribus extraordinarijs, per tex. in cap. quamquam. de cenſibus in 6. *Roland. conſil. 71. in principio dubio. vol. 4.* tamen pro negotiatione ſi eam exerceret, illa non euadit, ſed ſoluit: tex. à contrario ſenſu cap. præſenti. 3. Clem. de Cenſib. *Felyn. ad cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. 10. num. 105. & ſeq. de Conſtitut. Archidiac. in cap. quamquam. de cenſibus, & procurat. in 6.* Confirmantur prædicta per ea quæ tradit *Natta conſil.* 139. *in principio.* conuentionem per quam tributa eſt immunitas aliquibus hominibus extrahendi victualia de certo loco abſque ſolutione Gabellę, non porrigi ad victualia quæ fuerunt alibi empta, & eo importata, vt poſtea extrahantur. Contrarium quoad caſum noſtrum ſentit *Ruin. in conſil. 127. num. 10. verſ. Et quia iura volunt, vol. 4.* ibique conſiderat rationem propter quam clericus ſi ſit negotiator ſoluit.

F I N I S.

BIBLIOTECA
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

37.